Ad primum ergo dicendum qd Ap[osto]lus ibi loquitur de predestinatione qua nos predestinamur ut simus filij adoptivi. sicut aut[em] singulari modo p[ro] alijs est dei filius naturalis. ita quodam singulari modo est predestinatus. **A**d ij. d[omi]n[u]m qd sicut dicit glosa. ad Roma. i. quida[m] dixerunt predestinationem illa[m] intelligendam esse de natura non de p[er]sona. quia. s. humane nature facta est hec gratia ut vni[us] filio dei in unitate p[er]sonae. sed s[ecundu]m hoc locutio apli est impropria propter duo. primo quide[m] ratione co[m]muni. non eni[m] dicimus naturam alicuius predestinari s[ecundu]m p[er]sonam. quia predestinari est dirigi in salutem. quod quidem est suppositi agentis p[ro]pter beatitudinis finem. Ico[m]o ratione speciali. qd esse filium dei non convenit hu[m]ane nature. est eni[m] hec falsa natura humana est filius dei. nisi forte quis velit sic exponere extorta expositione. qui p[re]destinatus est filius dei in virtute. i. predestinatus e[st] ut humana natura vni[us] filio dei in p[er]sona. relinquit[ur] ergo qd p[re]destinatio attribuat[ur] p[er]sonae xpi. non quide[m] s[ecundu]m se vel s[ecundu]m qd subsistit in divina natura. sed s[ecundu]m qd subsistit in humana natura. unde cum dixisset Ap[osto]lus. qui factus est ei ex semine dauid s[ecundu]m carnem subiunxit. qui predestinatus est filius dei in virtute. ut daret intelligere qd s[ecundu]m hoc qd est factus ex semine dauid s[ecundu]m carnem est predestinatus filius dei in virtute. q[uo]d quia eni[m] naturale sit illi p[er]sonae s[ecundu]m se considerate qd sit filius dei in virtute non t[ame]n est ei naturale s[ecundu]m naturam humanam. s[ecundu]m qua[m] hoc sibi convenit p[ro] gratiam vni[us]onis. **A**d ij. d[omi]n[u]m qd origenes sup[er] epistolam ad Roma. dicit hanc esse litteram apli. qui predestinatus est filius dei in virtute. ita qd non designet aliqua antecessio. et sic nihil habet difficultatis. alij vero antecessione[m] que designat i[n] hoc participio predestinatus referunt non ad hoc qd est e[ss]e filius dei. sed ad eius manifestationem. s[ecundu]m illum consueti[m] modum loquendi in scripturis. quo res dicunt fieri q[uo]d inno[centius] rescunt. ut sit sensus qd xps predestinatus e[st] manifestari filius dei. sed sic non p[ro]p[ri]e p[re]destinatio accipit nam aliquis dicit p[ro]p[ri]e p[re]destinari s[ecundu]m qd dirigit in finem beatitudinis beatitudo aut[em] xpi no[n] dependet ex cognitione nostra. et ideo melius e[st] dicendum qd illa antecessio qua[m] importat illud participium p[re]destinatus non refert ad p[er]sonam s[ecundu]m se ipsam sed ratione humane nature. qd. s. et p[er]sona illa et si ab eterno fuerit filius dei hoc tamen no[n] fuit s[ecundu]m qd subsistens in humana natura fuerit filius dei. **U**n[de] dicit Augu. in li. de p[re]desti. sanctorum. Predestinatus est Iesus. ut qui futur[us] erat filius s[ecundu]m carnem dicens virtute t[ame]n esset filius dei. Et est considerandum qd licet hoc participium p[re]destinatus importat antecessione[m] sicut et hoc participi[um] factus aliter t[ame]n et aliter nam fieri p[ro]tinet ad ipsam rem s[ecundu]m qd in se est p[re]destinari aut[em] p[ro]tinet ad aliquid s[ecundu]m qd est in app[re]hensione alicuius p[re]ordinans. illud aut[em] qd subest alicui forme vel nature s[ecundu]m rem potest app[re]hendi vel p[ro]ut est sub forma illa vel etiam absolute. et quia absolute non co[n]uenit p[er]sonae christi qd incepit esse filius dei. co[n]uenit t[ame]n ei s[ecundu]m qd intelligitur et app[re]henditur ut in natura humana existens. quia scz hoc aliquando incepit esse. qd in natura humana existens esset filius dei. ideo magis est hec vera christus est predestinatus filius dei. q[uo]d ista christus est factus filius dei etc.

Ad secunduz sic p[re]ceditur

Videtur qd hec sit falsa christus s[ecundu]m qd homo predestinatus est filius dei. hoc enim est unusquisq[ue] s[ecundu]m aliquod re[sp]ectus qd est predestinatus esse. eo qd p[re]destinatio dei non

fallitur. si ergo christus s[ecundu]m qd homo est predestinatus filius dei videtur qd sit filius dei s[ecundu]m qd homo hoc aut[em] est falsum. ergo et primum. **P**re. illud qd co[n]uenit christo s[ecundu]m qd homo convenit cuilibet homini. eo qd ipse est vni[us] speciei cum alijs. Si ergo christus s[ecundu]m qd homo est predestinatus esse filius dei. sequeretur qd cuilibet hoc conveniret. hoc aut[em] est falsum. ergo et primum. **P**re. hoc ab eterno predestinatur qd est aliquando sciendum in tempore sed magis hec est vera filius dei factus est homo qua[m] ista homo est factus filius dei. ergo magis hec est vera christi s[ecundu]m qd filius dei est predestinatus esse homo. qua[m] e[ss]e converso christus s[ecundu]m qd ho[m]o est predestinatus esse filius dei. **S**ed contra est quod dicit Augu. in libro de p[re]desti. sanctorum ipsum dominum glorie in q[ui]bus homo factus est filius dei predestinatum esse dicimus. **R**es[pon]d[et]ur. dicendum qd in predestinatione duo possunt considerari. Unum quidem ex parte ipsius predestinationis eterne. et s[ecundu]m hoc importat antecessione[m] quanda[m] respectu eius qd sub p[re]destinatione cadit. **A**lio modo potest considerari s[ecundu]m effectum temporalem. qui quidem est aliquod gratuitum dei donum. Dicendum est ergo qd s[ecundu]m utru[m]q[ue] istorum attribuitur p[re]destinatio christo ratione solius humane nature. nam humana natura non semper fuit verbo unita. et ei eni[m] per gratiam hoc est collatum. ut filio dei in persona vni[us]etur. et ideo solum ratione humane nature p[re]destinatio competit christo. unde Augu. dicit in libro de p[re]desti. sanctorum. p[re]destinatio est ista humane nature tanta et tam excelsa et summa subuectio. in quo si attolleretur alius non haberet. **H**oc aut[em] dicimus convenire alicui s[ecundu]m qd homo qd convenit ei ratione humane nature. et ideo dicendum est qd christus s[ecundu]m qd homo est p[re]destinatus esse filius dei. **A**d. i. ergo dicendum qd xps s[ecundu]m qd homo est predestinatus esse filius dei. et determinatio s[ecundu]m qd homo potest referri ad actum signatum per participium dupliciter. **U**no modo ex parte eius qd materi aliter cadit sub p[re]destinatione. et hoc modo est falsa. est enim sensus qd p[re]destinatus sit qd christus s[ecundu]m qd homo sit filius dei. et in hoc sensu procedit obiectio. **A**lio modo potest referri ad ipsam p[ro]p[ri]am rationem actus. p[ro]ut i[n] p[re]destinatio importat i[n] sui r[ati]one antecessione[m] et effectum gratuitum. et hoc modo convenit christo p[re]destinatio humane nature. ut dictum est. et s[ecundu]m hoc dicitur p[re]destinatus s[ecundu]m qd homo. **A**d. ij. dicendum qd aliquid potest co[n]venire alicui homini ratione humane nature ex cuius p[ar]ticipio causatur dupliciter. **U**no modo sic qd humana natura sit causa illius. sicut esse risibile convenit forti ratione humane nature. ex cuius p[ar]ticipio causatur. et hoc modo p[re]destinatio no[n] convenit nec christo nec alteri homini ratione humane nature. et i[n] hoc sensu procedit obiectio. **A**lio modo dicitur alicui convenire ratio cuius humane nature est susceptiva. et sic dicimus christum esse predestinatum ratione humane nature. quia p[re]destinatio refertur ad exaltationem humane nature in christo. sicut dictum est. **A**d tertium dicendum qd sicut dicit Augustinus in libro de p[re]destinatione sanctorum ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a deo verbo susceptio singularis. ut filius hominis simul et p[ro]pter susceptum hominem et filius dei p[ro]pter suscipientem ingenitum deum veraciter et p[ro]p[ri]e diceretur deus. et ideo quia illa susceptio sub p[re]destinatione cadit tanquam gratuita. utru[m]q[ue] potest dici. qd et filius dei p[re]destinatus sit esse homo. et filius hominis p[re]destinatus

fit esse filius dei. quia tamen gratia non est facta filio dei ut esset homo sed potius humane nature ut filio dei uniretur magis proprie potest dici quod christus secundum quod homo est predestinatus esse filius dei. quod quod christus secundum quod filius dei sit predestinatus esse homo.

Ad tertium sic proceditur

Uidet quod christi predestinatio non sit exemplar nostre predestinationis. exemplar enim preexistit exemplato. nihil autem preexistit eterno. cum ergo predestinatio nostra sit eterna videtur quod predestinatio christi non sit exemplar nostre predestinationis. Pre. exemplar dicitur in cognitionem exemplari. sed non oportuit quod deus duceret in cognitionem nostre predestinationis ex aliquo alio. cum dicat ad Romanos. viij. Quos presciuit deus et predestinavit. ergo predestinatio christi non est exemplar nostre predestinationis. Pre. exemplar est conforme exemplato. sed alterius rationis videtur esse predestinatio christi quam predestinatio nostra. quia nos predestinamur in filios adoptionis. christus autem est predestinatus filius dei in virtute. ut dicitur ad Romanos. i. ergo eius predestinatio non est exemplar nostre predestinationis. Sed contra est quod dicit Augustinus in libro de predestinatione sanctorum. est lumen preclarissimum predestinationis et gratie. ipse saluator ipse mediator dei et hominum. homo ipse Jesus. Dicitur autem lumen predestinationis et gratie in quantum per eius predestinationem et gratiam manifestatur predestinatio nostra. Quod videtur ad rationem exemplaris pertinere. ergo christi predestinatio est exemplar nostre predestinationis. Rn. vdm quod predestinatio dupliciter potest considerari. Uno modo secundum ipsum actum predestinantis. et sic predestinatio christi non potest dici exemplar nostre predestinationis. vno enim et eodem actu eterno predestinavit nos deus et christum. Alio modo potest predestinatio considerari secundum id ad quod aliquis predestinatur. quod est predestinationis terminus et effectus. et secundum hoc predestinatio christi est exemplar nostre predestinationis. Et hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad bonum ad quod predestinamur. ipse enim predestinatus est ad hoc quod esset dei filius naturalis. nos autem predestinamur ad filiationem adoptionis. que est quedam participata similitudo filiationis naturalis unde dicit ad Romanos. i. Quos presciuit deus et predestinavit conformes fieri imaginis filij eius. Alio modo quantum ad modum consequendi illud bonum quod est per gratiam. quod quidem in christo est manifestissimum. quia natura humana in ipso nullis meritis suis precedentibus unita est filio dei. et de plenitudine gratie eius omnes accipimus. ut dicitur Jo. i. Ad. i. ergo vdm quod illa ratio procedit ex parte illius actus predestinantis. et similiter dicendum est ad. ij. Ad. ij. vdm quod non est necessarium exemplatum exemplari quantum ad omnia conformetur. sed sufficit quod exemplatum imitetur aliquo aliter suum exemplar.

Ad quartum sic procedit

Uidet quod predestinatio christi non sit causa nostre predestinationis. eternum enim non habet causam. sed predestinatio nostra est eterna. ergo predestinatio christi non est causa nostre predestinationis. Pre. illud quod dependet ex simplici dei voluntate non habet aliam causam nisi dei voluntatem. sed predestinatio nostra ex simplici dei voluntate dependet. dicit enim ad Ephesios. i. predestinati secundum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. Pre. predestinatio christi non est causa nostre predestinationis. Pre. remota causa tempo-

retur effectus. sed remota predestinatione christi non retinetur nostra predestinatio. quia etiam si filius dei non incarnatus erat alius modus possibilis nostre salutis. ut Augustinus dicit in libro de trinitate. ergo predestinatio christi non est causa nostre predestinationis. Sed contra est quod dicit ad Ephesios. i. predestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum christum. Rn. vdm quod si consideret predestinatio secundum ipsum predestinationis actum predestinatio christi non est causa nostre predestinationis. cum vno et eodem actu deus predestinavit christum et nos. Si autem consideret predestinatio secundum terminum predestinationis sic predestinatio christi est causa nostre predestinationis. sic enim deus preordinavit nostram salutem ab eterno predestinando. ut per Jesum christum completet. sub predestinatione enim eterna non solum cadit id quod est sciendum in tempore. sed etiam modus et ordo secundum quem est complendum in tempore. Ad. i. g. et ad. ij. vdm quod rationes ille procedunt de predestinatione secundum predestinantis actum. Ad. ij. vdm quod si christus non fuisset incarnandus deus preordinasset homines salvari per aliam causam. sed quia preordinavit incarnationem christi simul cum hoc preordinavit ut esset causa nostre salutis. Questio XXV

Deinde considerandum

est de his que pertinent ad christum in comparatione ad nos. Et primo de adoratione christi. quod nos eum adoramus. Secundo de hoc quod est mediator nostris ad deum. Circa primum queruntur sex. Primo vtrum vna et eadem adoratio sit adoranda divinitas christi et eius humanitas. Secundo vtrum caro eius sit adoranda ad rationem latrice. Tertio vtrum adoratio latrice sit exhibenda imagini christi. Quarto vtrum sit exhibenda cruce christi. Quinto vtrum sit exhibenda matri eius. Sexto de adoratione sanctorum reliquiarum.

Ad primum sic proceditur.

Uidet quod non eadem adoratio adoranda sit humanitas christi et eius divinitas. divinitas enim christi est adoranda. que est communis patri et filio unde dicitur Jo. v. Omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. sed humanitas christi non est communis ei et patri sed non eadem adoratio adoranda est humanitas christi et eius divinitas. Pre. honor est proprie premium virtutis ut dicit philosophus in. iij. eth. meret autem virtus premium suum pactum. cum ergo in christo sit alia operatio divine et humane nature ut supra habitum est. videtur quod alio honore sit adoranda humanitas christi et alia eius divinitas. Pre. alia christi si non esset verbo unita esset veneranda propter excellentiam sapientie et gratie quam habet. sed nihil dignitatis est ei subtrahitur per hoc quod est unita verbo. sed natura humana est quadam propria veneratione adoranda. preter venerationem que exhibenda est divinitati ipsius. Sed contra est quod in capitulis quinte synodi sic legitur. si quis duabus naturis adorari dicit christum. ex quo due adorationes introducunt sed non vna adoratione deum verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorari sicut ab initio dei ecclesie traditum est talis anathema sit. Responso dicendum quod in eo qui honoratur duo possumus considerare. scilicet eum cui honor exhibetur. et causam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti. non enim dicimus quod manus hominis honoratur. sed quod homo honoratur. et si quandoque contingat quod dicatur honorari vel res alicuius hoc non dicitur esse ratione quod homini partes secundum se honorantur. sed quia in istis partibus honoratur totum. per quem etiam modum aliquis bon-

potest honorari in aliquo exteriori. puta in veste. aut ima-
gine. aut in nuntio. Causa autem honoris est id ex quo ille qui
honoratur habet aliquam excellentiam. nam honor est reue-
rentia alicui exhibita. propter sui excellentiam ut in scda po-
te habitum est. et ideo si in vno hoie sunt plures cause ho-
noris. puta. prelatus. scientia. et virtus. erit quidem illius
hominis vnus honor ex parte eius qui honoratur plures ta-
men sunt causas honoris. homo enim est qui honoratur et pro-
pter scientiam et propter virtutem. cum ergo in xpo vna sit tantum
persona diuine et humane nature. et etiam vna hypostasis
et vnum suppositum est quidem vna eius adoratio et vnus ho-
nor ex parte eius qui adoratur. sed ex parte cause que adoratur.
plures possunt esse adorationes. vt. scilicet. alio honore hono-
retur propter sapientiam increatam. et propter sapientiam cre-
atam. si autem in xpo ponerentur plures persone seu hyposta-
ses sequeretur quod simpliciter essent plures adorationes. Et
hoc est quod in synodis reprobat. dicitur enim in capitulis
Anilli. si quis audeat dicere assumptum hominem coadorna-
ri oportere deo verbo quasi alterum alteri. et non magis
vna adoratione honorificet emanuelem. scilicet quod verbum fa-
ctum est caro anathema sit. Ad. i. ergo deum quod in trini-
tate sunt tres qui honorantur. sed vna est causa honoris. in
mysterio autem incarnationis est conuerso. et ideo alio modo
est vnus honor trinitatis. et alio modo est vnus honor xpi.
Ad. ij. deum quod operatio non est que honoratur sed est ra-
tio honoris. et ideo per hoc quod in xpo sunt due operationes non
ostendit quod sint due adorationes. sed quod sint due cause ad-
orationis. Ad. iij. deum quod anima xpi si non esset vnita
deo verbo esset id quod est principalissimum in homine il-
lo. et ideo sibi deberet precipue honor. quia hoc est quod est
potissimum in eo. sed quod anima christi vnita est persone di-
gniori illi persone precipue debetur honor cui anima christi
vnita. nec per hoc tamen diminuit dignitas anime christi.
sed augetur. vt supra dictum est.

Ad secundum sic proceditur

videtur quod humanitas christi non sit adoranda adoratione
latrice. quia super illud ps. adorate scabellum pedum eius
quoniam sanctum est. dicit glo. caro a verbo dei assumpta sine
impietate adoratur a nobis. quia nemo spiritualiter carne eius
manducat nisi prius adoret. non adoratione illa dico que
latrice est. que soli creatori debetur. caro autem est pars huma-
nitatis. ergo humanitas xpi non est adoranda adoratione
latrice. Pre. cultus latrice nulli creature debetur. ex hoc
enim reprobat gentiles qui coluerunt et seruierunt creature
vt dicit. ad. Ro. i. sed humanitas xpi est creatura. ergo non
est adoratione latrice adoranda. Pre. adoratione latrice
debet deo in recognitione maxime domini. scilicet in illud Deu-
tero. vi. Dominum deum tuum adorabis. et illi soli seruies. sed
xps scilicet homo minor est patre. ergo humanitas eius non
est adoratione latrice adoranda. Sed contra est quod Da-
ma. dicit in. iij. li. adoratur autem caro christi incarnato dei ve-
bo non propter seipsam. sed propter unitum ei scilicet in hypo-
stasi verbum dei. et super illud ps. Adorate scabellum pe-
dum eius dicit glo. qui adoratur corpus christi non terra
intuetur. sed illum potius cuius scabellum est. in cuius hono-
re scabellum adoratur. sed verbum incarnatum adoratur
adoratione latrice. ergo etiam corpus eius. siue eius huma-
nitas. Res. deum quod sicut supra dictum est honor adora-
tionis debetur hypostasi subsistenti. tamen ratio honoris
potest esse aliquid non subsistens propter quod honoratur per-
sona cui illud inest. adoratio ergo christi humanitatis po-

test dupliciter intelligi. Vno modo vt sit eius. scilicet rei adora-
te. et sic adorare carnem christi nihil est aliud quam adorare
verbum dei incarnatum sicut adorare vestem regis nihil
est aliud quam adorare regem vestitum. et scilicet hoc adoratio hu-
manitatis xpi est adoratio latrice. Alio modo potest intelli-
gi adoratio humanitatis christi que fit ratione humani-
tatis christi perfecte omni munere gratiarum. et sic adoratio
humanitatis christi non est adoratio latrice. sed adoratio
dulie. ita scilicet quod vna et eadem persona christi adoret adora-
tione latrice propter suam deitatem. et adoratione dulie pro-
pter perfectionem humanitatis. nec hoc est inconueniens
quia ipsi deo patri debetur honor latrice propter deitatem.
honor dulie propter dominium quo creaturas gubernat
vnde super illud ps. Domine deus meus in te speraui. di-
xit glo. domine omnium propter potentiam. cui debetur
dulia. deus omnium propter creationem. cui debetur la-
tricia. Ad. i. ergo deum quod glofa illa non est sic intelligen-
da. quasi seorsum adoretur caro christi ab eius diuinitate
hoc enim posset contingere solum hoc modo si esset alia hy-
postasis dei et hominis. sed quia vt dicit Damascenus. si intelli-
gas subtilibus intelligentibus quod videtur ab eo quod in-
telligitur si inadorabilis est vt creatura. scilicet adoratione latrice
et tunc sic intellectu vt sperate a dei verbo debetur sibi du-
lie adoratio non cuiuscumque puta que communiter exhibe-
tur alijs creaturis. sed quadam excellentiori quam ipse du-
liam vocant. Et per hoc etiam patet responsio ad. ij. et. iij.
quia adoratio latrice non debetur humanitati christi ratio-
ne sui ipsius. sed ratione diuinitatis cui vnitur. scilicet quod xps
non est minor patre.

Ad tertium sic proceditur.

Videatur quod imago xpi non sit adoranda adoratione latrice.
dicit enim Exo. xx. Non facias tibi sculptile neque omnes
similitudinem. sed nulla adoratio est facienda contra dei
preceptum. ergo imago christi non est adoranda adoratione
latrice. Pre. operibus gentilium non debemus com-
municare vt Aplos dicit ad Ephe. v. sed gentiles de hoc pre-
cipue inculpantur quod commutauerunt gloriam incorru-
pibilis in similitudinem imaginis corruptibilis homi-
nis. vt dicitur ad Roma. i. ergo imago christi non est a-
doranda adoratione latrice. Pre. christo debetur adora-
tione latrice ratione diuinitatis. non autem ratione huma-
nitatis. sed imagini diuinitatis eius que anime rationali
est impressa non debetur adoratio latrice. ergo multo mi-
nus imagini corporali que representat humanitatem ipsi-
us christi. Pre. nihil videtur in cultu diuino faciendum
nisi quod est a deo institutum. vnde et Apostolus. i. ad
Cor. xi. Tradidit doctrinam de sacrificio ecclesie dixit
Ego accepi a domino quod et tradidi vobis. sed nulla tra-
ditio in scripturis inuenitur de adorandis imaginibus
ergo imago christi non est adoratione latrice adoranda.
Sed contra est quod Damascenus inducit Basilium dicentem
imaginis honor ad prototypum peruenit. id est. exem-
plar. Sed ipsum exemplar id est. christus est adorandus
adoratione latrice. ergo et eius imago. Responso deum
quod sicut dicit philosophus in libro de memoria et reminis-
cencia duplex est motus anime in imaginem. vnus quidem in
imaginem ipsam scilicet quod est res quedam. alio modo in ima-
ginem inquam est imago alterius. et inter hos motus est
hæc differentia. nam primus motus quo quis mouetur in ima-
ginem prout est res quedam est aliud a motu qui est in
rem. Secundus autem motus qui est in imaginem

In quibus est imago est vnus et idem cum illo qui est in re
 Et sic dicendum est quod imagini christi in quantum est res quedam
 pura lignum vel pictura vel sculpsum nulla reuerentia ex
 hibet. quia reuerentia non debet nisi rationali creature. re
 linquit ergo quod exhibeat ei reuerentia in quantum est imago.
 et sic sequitur quod eadem reuerentia exhibeat imagini christi et ipso
 christo. cum ergo christus adoratur adoratione latrie consequens
 est quod eius imago sit adoratione latrie adoranda. **Ad. i.**
 ergo dicitur quod non prohibet illo precepto facere quamcumque
 sculpsuram vel similitudinem sed facere ad adorandum
 unde subdit non adorabis ea neque coles. et sic dicitur
 est. idem est motus in imaginem et in rem eo modo pro
 hibet adorationem quo modo prohibet adorationem rei cuius est
 imago. unde ibi intelligitur prohiberi adorationem imaginis quod
 gentiles faciebant in veneratione deorum suorum. id est demonum
 ideoque premissis. non habebis deos alienos coram me. ipse
 autem deo vero cum sit incorporeus nulla imago corporalis po
 terat poni. quod videtur Damascenus dicit. insipientie summe est et im
 pietatis figurare quod est diuinum. sed quod in nouo testame
 to deus factus est homo potest in sua imagine corporali adori
 rari. **Ad. ii.** dicitur quod scriptura prohibet communicare operi
 bus infidelium gentium. communicare autem eorum vtili
 bus operibus non prohibet. adorationem autem imaginis est in
 ter infidelium opera comparanda. quantum ad duo. Primum
 quidem quantum ad hoc quod quidam eorum adorabant ipsas
 imagines ut res quasdam credentes in eis aliquid ventu
 ris aut numinis esse. propter responsa que de mones in eis
 dabant. et alios mirabiles effectus. Secundo propter res que
 erant magice. statuebant enim imagines aliquo creaturis que
 in eis venerat de latrie venerabant. nos autem adoramus ad
 rationem latrie imaginem christi qui est verus deus. non propter
 ipsam imaginem. sed propter rem cuius imago est. ut di
 ctum est. **Ad. iii.** dicitur quod creature rationali debet reue
 rentia propter seipsam. Et ideo si creature rationali in qua
 est imago dei exhibetur adoratione latrie posset esse erroris
 occasio. ut si motus adorantis in homine sisteret. in quantum
 est res quedam. et non ferretur in deum cuius est imago quod non
 potest contingere de imagine sculpsa. puta in materia sen
 sibili. **Ad. iiii.** dicitur quod apostoli familiari in sinu spiritu
 sancti quedam ecclesie tradiderunt seruanda que non relique
 runt in scriptis. sed in obseruatione ecclesie per successionem
 fidelium sunt ordinata. vnde ipse dicit. **ij. ad Thimotheum. ij. sta**
te et tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem ab
ore prolatum. siue per epistolam scilicet scripto transmissam. et in
ter huiusmodi traditiones est imaginis christi adorationem. unde et be
atus Lucas dicitur de pinxisse imaginem christi que totum
me habetur. / quartum

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod crux christi non sit adoranda adoratione latrie.
 nullus enim pius filius venerat contumeliam patris sui pu
 ta flagellum in quo est flagellatus vel lignum in quo est li
 spensus. sed magis illud abhorret. christus autem in ligno cru
 cis est obpropinquissimam mortem passus secundum illud **Sap. ij.**
Mortem turpissimam condemnemus eum. ergo non debemus
 crucem venerari sed magis abhorere. **Pre. humani**
tas christi adoratione latrie adoratur in quantum est vnica filio dei
in persona. quod de cruce christi dici non potest. ergo christi crux
non est adoranda adoratione latrie. Pre. sicut crux
christi fuit instrumentum passionis eius et mortis ita etiam
multa alia puta clauis corona et lancea. quibus tamen non
exhibemus latrie cultum. ergo videtur quod crux christi non

sit adoratione latrie adoranda. **Sed contra est illi exhi**
temus adorationem latrie in quo ponimus spem salutis.
Et in cruce christi ponimus spem. cantat enim ecclesia o crux
que spes vnica. hoc passionis tempore auge preiudicia. re
laxa dona veniam. ergo crux christi est adoratione latrie a
adoranda. Rn. dicitur quod sicut supra dictum est. hono
seu reuerentia non debet nisi rationali creature. creature
autem insensibili non debetur hono seu reuerentia nisi ratio
ne nature rationalis. et hoc dupliciter. vno modo in quantum
representat naturam rationalem. alio modo in quantum est
quocumque modo coniungit. primo modo consueuerunt ho
mines venerari imaginem regis. secundo modo eius vestime
ntum. vtrumque autem venerant homines eadem veneratione
qua venerant et regem. Si ergo loquamur de ipsa cruce
in qua christus crucifixus est vtrumque modo est a nobis venera
da. vno modo in quantum nobis representat figuram christi
in ea. alio modo ex contractu ad membra christi
in ea. et hoc quod eius sanguine est perfusa. vnde vtrumque modo
adoratur eadem adoratione cum ipso. scilicet adoratione latrie. et
propter hoc etiam crucem alloquimur et deprecamur quasi
ipsam crucem. Si vero loquamur de effigie crucis christi in
quacumque alia materia pura lapidis vel ligni argenti vel
auri sic veneramus crucem tamen ut imaginem christi. quod ve
neramus adoratione latrie. ut dictum est supra. Ad
ii. ergo dicitur quod in cruce christi quantum ad opinionem vel inten
tionem infidelium consideratur obprobrium christi. sed quantum
ad effectum nostre salutis consideratur virtus diuina ipsius
qua de solibus triumphauit. secundum illud ad Col. ij. apium
tulit de medio affigens illud cruci. et spolians principatus
et potestates tradidit confidenter. palam triumphans il
los in semetipso. et ideo dicit apostolus. i. Cor. i. Verbum crucis
preuincit quidem stulticia est. his autem qui salui sunt
id est nobis virtus dei. Ad. ij. dicendum quod licet crux
christi non fuerit vnica verbo dei in persona. fuit tamen ei
vnica aliquo alio modo. scilicet per representationem et con
tactum. et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia. Ad
iiij. dicitur quod quantum ad rationem contactus membrorum
christi non solum adoramus crucem sed etiam omnia que
sunt christi. vnde Damascenus dicit in. iij. li. preterea lignum
ut sanctificatum contractu sibi corporis et sanguinis. de cen
ter adorandum clauos indumenta lancea et sacra eius
tabernacula. ista tamen non representant imaginem christi
in cruce. que dicitur signum filii hominis quod appare
bit in celo. ut dicitur Mat. xxij. ideo mulieribus dixit
angelus. Jesum queritis nazarenum crucifixum. non di
xit lanceatum. sed crucifixum. et inde est quod imaginem crucis christi
veneramus in quantum est materia. non autem imaginem cla
uorum vel quorumcumque huiusmodi.

Ad quartum sic proceditur

Videtur quod mater dei sit adoranda adoratione latrie. vi
 detur enim idem honore exhibendus esse matri regis et re
 gi. vnde dicitur. **ij. Regum. ij. quod positus est thronus ma**
tris regis que sedet ad dexteram eius. et Augustinus di
cit in sermone de assumptione. thronum dei thalamum
domini celi atque tabernaculum christi dignum est ibi esse
vbi ipse est. sed christus adoratur adoratione latrie. ergo
et mater eius. Preterea Damascenus dicit in quart
to libro. quod honore matris refertur ad filium. sed si
lius adoratur adoratione latrie. ergo et mater eius.
Preterea coniunctio est christo mater eius
quam crux. Sed crux adoratur adoratione latrie.

ipsum crucem

xpi

ergo mater eadem adoratione est adoranda. **Sed** contra est quod mater dei est pura creatura. non ergo ei debet adoratio latrie. **Rñ.** dñm quod quia latria soli deo debetur. non debet creature prout creaturam sibi se veneramus. licet autem creature insensibiles non sint capaces venerationis sibi seipsas. creatura tñ rationalis est capax venerationis sibi seipsam. et ideo nulli pure creature rationali debet cultus latrie. Cum ergo beata virgo sit pura creatura rationalis non debetur ei adoratio latrie sed solum venerationis dulie. Eminentius tamen quod ceteris. in quantum ipsa est mater dei. et ideo dicitur quod debetur ei non qualiscunq; dulia. sed i perdulia. **Ad. i.** ergo dicendum quod matri regis non debetur equalis honor honoris qui debetur regi. debet tamen ei quidam honor consimilis. ratione cuiusdam excellentie et hoc significant auctoritates inducte. **Ad. ij.** dñm quod honor matris refertur ad filium. quia ipsa mater est propter filium honoranda. non tamen eo modo quo honoris imaginis refertur ad exemplar. quod ipsa imago prout in se consistit ut res quedam nullo modo est veneranda. **Ad. ij.** dñm quod cur prout ipsa in se considerat ut dicitur est non est capax adorationis seu honoris. sed beata virgo sibi seipsam est capax venerationis. et ideo non est similis ratio

Ad sextum sic proceditur

Videtur quod sanctorum reliquie nullo modo sint adorande. non enim est aliquid faciendum quod possit esse erroris occasio. sed adorare mortuorum reliquias videtur ad errorem gentilium pertinere. qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant. ergo non sunt sanctorum reliquie adorande. **Pre.** stultum videtur insensibilem venerari. sed sanctorum reliquie sunt insensibiles. ergo stultum est eas venerari. **Pre.** corpus mortuum non est eiusdem speciei cum corpore vivo et per consequens videtur non esse nullo modo idem. ergo videtur quod post mortem alicuius sancti corpus eius non sit adorandum. **Sed** contra est quod dicitur in li. de ecclesiasticis dogma. sanctorum corpora et precipue beatorum martyrum reliquias ac si christi membra sincerissime adoranda. s. credimus et postea subdit. si quis contra hanc sententiam velit esse non christianus sed eunomianus et vitiosus galantus credit. **Rñ.** dñm quod sicut dicit Augu. in li. de civi. dei. si patria vestis et annulus ac si quid homini est tanto carius est postquam quod erga parentes est maior affectus. nullo modo ipsa spernenda sunt corpora. que vix multo familiarior atque coniunctior quod quilibet indumenta gestant. hec enim ad ipsam naturam hominis pertinent. ex quo patet quod qui habet affectum ad aliquem etiam ipsa que de ipso post mortem relinquuntur veneratur. non solum corpus. aut partes corporis sed etiam aliqua exteriora. puta vestes et similia. manifestum est autem quod sanctos dei in veneratione debemus habere tanquam membra christi. dei filios. amicos et intercessores nostros. et ideo eorum reliquias qualescunq; honore congruo in eorum memoriam venerari debemus. et precipue eorum corpora que fuerunt templum spiritus sancti. et organa spiritus sancti in eis habitantis et operantis et sunt corpora christi configuranda per gloriam resurrectionis. unde et ipse deus homini reliquias convenienter honorat in eorum presentia miracula faciendo. **Ad. i.** ergo dñm quod hec sunt ratio vigilantij. cuius verba introducit Hiero. in li. quem contra eum scribit dicens. proprie ritum gentilium videmus sub preterito religionis introducere pulvisculum nec scio quem in modico vasculo preterito oleo linteamine circumdato osculantes adorant. contra quem Hiero. dicit in

Epistola ad Ciprianum nos non dico martyrum reliquias sed nec solē nec lunam nec angelos nec agnos adoramus sed veneratione latrie. honoramus autem reliquias martyrum. ut eum cuius sunt martyres adoremus. honoramus servos. ut honor servorum suorum redundet ad dominum. sic ergo honorando reliquias sanctorum non incidamus in errorem gentilium. qui cultum latrie mortuis hominibus exhibebant. **Ad. ij.** dñm quod corpus insensibile non adoramus propter seipsum. sed propter animam que ei fuit unita que nunc fruif deo et propter deum cuius fuerunt ministri. **Ad. ij.** dñm quod corpus mortuum alicuius sancti non est idem numero quod primo fuit dum viveret propter diversitatem forme que est anima. Est tamen idem idēptitate materie. que est iteque sue forme unita. **Qd. XXVI**

Deinde considerandum

est de hoc quod dicitur mediator dei et hominum. Et circa hoc queruntur duo. Primo utrum esse mediatorem dei et hominum sit proprium christo. Secundo utrum conveniat ei sibi humanam naturam.

Ad primū sic proceditur.

Videtur quod esse mediatorem dei et hominum non convenit ei sibi humanam naturam. sacerdos enim et propheta videtur esse mediator inter deum et hominem. sibi illud Deutero. v. Ego illo tempore sequeris et medius fui inter vos et deum. sed esse prophetam et sacerdotem non est proprium christo. ergo nec esse mediatorem. **Pre.** illud quod convenit angelis bonis et malis non potest dici esse proprium christo. sed esse mediatum inter deum et homines convenit angelis bonis. ut dicit Dionysius. iij. ca. de divi. no. convenit etiam angelis malis. habent enim quedam communia cum deo. s. immortalitatem. quedam autem habent communia cum hominibus. s. quod sunt animo passivi. et per consequens miseri. ut patet per Augusti. ix. de civi. dei. ergo esse mediatorem dei et hominum non est proprium christo. **Pre.** ad officium mediatoris pertinet interpellare ad unum eorum inter quos est mediator per altero. sed spiritus sanctus sicut dicit ad Ro. viij. Interpellat pro nobis ad dei gemitibus inenarrabilibus. s. spiritus sanctus est mediator inter deum et homines. s. non est proprium christo. **Sed** contra est quod dicitur ad Ebimo. ij. Unus est mediator dei et hominum homo christus Jesus. **Rñ.** dñm quod mediatoris officium proprium est coniungere eos inter quos est mediator. nam extrema ununtur in medio. uniti autem homines deo perfecte quidem convenit christo per quem homines reconciliantur deo sibi illud. i. Cor. v. Deus erat in christo. mundum reconcilians sibi. et ideo solus christus est perfectus dei et hominum mediator. in quantum per suam mortem deo hominum genus reconciliavit. vñ cum Aplos dixerit mediator dei et hominum christus Jesus subiungit qui dedit semetipsum in redemptionem per omnibus. nihil tñ prohibet aliquos sibi quid dicit mediatorem inter deum et hominem. prout cooperantur ad unionem hominum cum deo. dispositivie vel ministerialiter. **Ad. i.** ergo dñm quod prophete et sacerdotes veteris legis dicitur sunt mediatorem inter deum et homines dispositivie seu ministerialiter. in quantum. s. prenucciabant et figurabant verum et perfectum dei et hominum mediatorem. sacerdotes vero nove legis possunt dici mediatorem dei et hominum. in quantum sunt ministri veri mediatoris. vice ipsius sacramenta salutaria hominibus exhibentibus. **Ad. ij.** dñm quod angeli boni. ut Augu. dicit. ix. de civi. dei non perfecte possunt dici mediatorem inter deum et homines. cum enim utrumque

habeant cum deo & beatitudine & immortalitate. nihil autem horum cum hominibus miseris & mortalibus quomodo non potius remoti sunt ab hominibus deoque coniuncti quam inter vitasque media consistunt. **D**idny. tamen dicit eos esse medios. quia secundum gradum nature sunt infra deum & super homines constituti & mediatores officium exercent. non quidem principaliter & perfecte. sed ministerialiter & dispositivè unde **Matth. iij.** dicitur. quod accesserunt angeli & ministrabant ei scilicet christo. **D**emonies autem habent quidem cum deo immortalitatem. cum hominibus vero miseriam. ad hoc enim se interponit medius demon immortalis & miser ut ad immortalitatem beatam transire non sinat sed perducit ad miseriam mortalem unde est sicut malus mediator qui se parat amicos. christus autem cum deo habet communem beatitudinem. cum hominibus autem mortalitatem. & ideo ad hoc se interposuit medium ut mortalitate transacta ex mortuis faceret immortales. quod in resurgendo monstravit & ex miseris beatos efficeret unde nunc ipse recessit. & ideo ipse est bonus mediator qui reconciliavit inimicos. **A**d ij. dicitur quod spiritus sanctus cum sit per omnia deo equalis non potest dici medius aut mediator inter deum & homines sed solus christus. qui licet secundum divinitatem equalis sit patri. tamen secundum humanitatem minor est patri ut dicitur est. unde supra per illud ad **Gal. ij.** christus est mediator dicitur glo. non pater vel spiritus. dicitur autem spiritus sanctus interpellare pro nobis quia ipse interpellare nos facit.

Ad secundum sic proceditur.

Videtur quod christus non sit mediator dei & hominum secundum quod homo. **D**icit enim **Aug.** in li. contra **Felicianum**. una est christi persona. ne sit non unus christus. non una substantia. ne mediatores dispensatione submota aut dei tamen aut hominis dicatur filius. sed non est dei & hominis filius secundum quod homo. sed simul secundum quod deus & homo. ergo necque dicitur est quod sit mediator dei & hominum solum secundum quod homo. **P**roterea sicut christus in quantum est deus convenit cum patre et spiritu sancto ita in quantum est homo convenit cum hominibus. sed propter hoc quod in quantum est deus convenit cum patre & spiritu sancto non potest dici mediator in quantum est deus. quia supra illud. **1. Timoth. ij.** mediator dei & hominum. dicitur glo. in quantum est verbum non est medius. quia equalis est deo et deus apud deum & simul unus deus. ergo nec enim in quantum homo potest dici mediator propter convenientiam quam cum hominibus habet. **P**roterea. **Ch**ristus dicitur mediator in quantum reconciliavit nos deo. **Q**uidem fecit auferendo peccatum quod nos separabat a deo. sed auferre peccatum convenit christo non in quantum est homo sed in quantum est deus. ergo christus in quantum homo non est mediator sed in quantum deus. **S**ed contra est quod dicit **Aug. ix.** de civi. dei. non ob hoc est mediator christus quia est verbum maxime quippe immortale & maxime beatum verbum longe a mortalibus miseris sed mediator est secundum quod homo. **R**espondeo quod in mediatore duo possumus considerare. primo quod ratione mediæ. secundo officium coniungendi. est autem de ratione mediæ quod distat ab utroque extremorum. coniungit autem mediator per hoc quod ea que unius sunt refert ad alterum. **N**ec tamen autem horum potest convenire christo secundum quod deus sed solum secundum quod homo. nam secundum quod deus non distat a patre & spiritu sancto in natura & potestate dominij. nec etiam pater & spiritus sanctus aliquid habent quod non sit filij. ut sic possit id quod est patris vel spiritus sancti quasi quod est aliorum ad alios deferre. **S**ed utriusque convenit ei in quantum

tum est homo. quia secundum quod est homo distat a deo in naturalitate & ab hominibus in dignitate gratie & glorie. in quantum enim est homo competit ei coniungere homines deo precepta & dona hominibus exhibendo. & pro hominibus ad deum satisfaciendo & interpellando & ideo verissime dicitur mediator secundum quod homo. **A**d. i. ergo dicitur quod si subtrahatur divina natura a christo subtrahitur per consequens ab eo singularis plenitudo gratiarum. que convenit ei in quantum est unigenitus a patre. ut dicitur **Johan. i.** ex qua quidem plenitudine habet ut sit super omnes homines constitutus & propinquius accedens ad deum. **A**d. ij. dicitur quod christus secundum quod deus est per omnia equalis patri. sed etiam in humana natura excedit alios homines. & ideo secundum quod homo potest esse mediator non autem secundum quod deus. **A**d. iij. dicitur quod licet auctoritative peccatorum auferre conveniat christo secundum quod deus. tamen satisfacere pro peccato humani generis convenit ei secundum quod homo. & secundum hoc dicitur dei & hominum mediator. **Questio XXVII**

De predicta in qua

Dicitur de unione dei & hominum & de his que unione sequuntur tractatum est. **R**estat considerandum de his que filius dei incarnatus in natura humana sibi unita fecit vel passus est. **Q**ue quidem consideratio quatuor dicitur erit. **P**rimo considerabimus de his que pertinent ad ingressum eius in mundum. **2**o que pertinent ad processum vite ipsius in hoc mundo. **3**o de exitu ipsius ab hoc mundo. **4**o de his que pertinent ad exaltationem ipsius post vitam huius mundi. **C**irca primum quatuor consideranda occurrunt. **1**o de conceptione christi. **2**o de eius natiuitate. **3**o de eius circumcissione. **4**o de eius baptismo. **C**irca conceptionem autem eius oportet aliqua considerare. **1**o quantum ad matrem concipientem. **2**o quantum ad modum conceptionis. **3**o quantum ad perfectionem proles concepte. **E**x parte autem matris occurrunt quatuor consideranda. **1**o quidem de sanctificatione eius. **2**o de virginitate eius. **3**o de sponsatione eius. **4**o de annuntiatione ipsius. **5**o de preparatione ipsius ad recipiendum. **C**irca primum querunt sex preterea que beata virgo mater dei fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero. **2**o utrum fuerit sanctificata ante annuntiationem. **3**o utrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi sublatus totaliter fomes peccati. **4**o utrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecrata ut nunquam peccaret. **5**o utrum per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum. **6**o utrum sic fuisse sanctificata fuerit proprium sibi.

Ad primum sic proceditur

Videtur quod beata virgo non fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero. **D**icit enim apostolus. **1. Corinth. xv.** non prius quod spirituale est sed quod animale est. deinde quod est spirituale. sed per gratiam sanctificantem nascitur homo spiritualiter in filium dei. secundum illud **Johan. i.** ex deo nati sunt. natiuitas autem ex utero est natiuitas animalis. non ergo beata virgo fuerit prius sanctificata quam ex utero nasceretur. **P**roterea. **Aug.** dicit in epistola ad **Pardanium**. Sanctificatio qua efficiamur templum dei non nisi renatorum est. nemo enim renascitur nisi prius nascatur. ergo beata virgo non fuit prius sanctificata quam ex utero nasceretur. **P**roterea. qui cumque est sanctificatus per gratiam est mundatus a peccato originali & actuali. si ergo beata virgo fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero consequens est quod fuerit sanctificatus

quidem originale peccatum, sed ab eo fuit mundata ante q̄ ex utero nasceretur. et hoc signatur Job. iij. vbi de nocte originalis peccati dicitur expectet lucem. id est christū et non videat. quia nihil inquinatum intrauit in illam ut dicitur Sap. vij. nec ortum surgentis etc. id est. beate virginis. que se in suo ortu a peccatu originali fuit immunis.

Ad. iij. dicendū q̄ licet romana ecclesia conceptionem beate virginis non celebret tolerat tamen consuetudine aliquarum ecclesiarum illud festum celebrantū. unde talis celebratio non est. totaliter reprobanda. nec tamen per hoc festum conceptionis celebratum datur. intelligi q̄ in sua conceptione fuerit sancta. sed quia quo tempore fuerit sanctificata ignoratur celebratur festum sanctificationis eius potius q̄ conceptionis in die conceptionis ipsius.

Ad. iij. dicendum q̄ duplex est sanctificatio. Una quidem totius nature. in quantum scilicet tota humana natura ab omni corruptione et pena liberatur. et hoc erit in resurrectione. Alia vero sanctificatio personalis. que non trahit in prolem carnaliter genitam. quia talis sanctificatio respicit carnem sed mentem. et ideo si parentes beate virginis fuerint mundati a peccato originali nihilominus beata virgo peccatum contraxit originale cum fuerit concepta secundum carnem concupiscentiam et ex commixtione in matris et femine. Dicit enim Augustinus in libro de nuptiis concupiscentie. omnem qui de concubitu nascitur carnem esse peccati.

Ad tertium sic procedit

Consideretur q̄ beata virgo non fuerit mundata ab infectione fomitis. Sic enim pena originalis peccati est fomes qui consistit in inferiorum vitium rebellionem ad rationem ita etiam pena originalis peccati est mors et cetera penalitates corporales. sed beata virgo fuit subiecta huiusmodi penalitatibus. ergo etiam fomes ab ea totaliter remouit non fuit.

Præterea. Corinth. xij. dicitur. virtus in infirmitate perficitur et loquitur de infirmitate fomitis s̄ quā pariebatur stimulum carnis. sed nihil quod pertinet ad perfectionem virtutis fuit beate virginis subtrahendum. ergo non fuit beate virginis totaliter subtrahendus fomes.

Præterea. Damascenus dicit q̄ in beata virgine supereminet spiritus sanctus purgans eam ante conceptionem filij dei. quod non potest intelligi nisi de purgatione a fomite nam peccatum non fecit ut dicit Augustinus in libro de natura et gratia. ergo per sanctificationem in utero non fuerit libere mundata a fomite.

Sed contra. est quod dicitur Cant. iij. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. fomes autem ad maculam pertinet saltem carnis ergo in beata virgine fomes non fuit.

R̄. dicendum. q̄ circa hoc sunt diuerse opiniones. Quidam enim dixerunt q̄ in ipsa sanctificatione beate virginis qua fuit in utero sanctificata totaliter fuit ei fomes subtrahendus. Qui vero dicunt q̄ remansit fomes quantum ad hoc qd̄ facit difficultatem ad rationem sublatam tamen fuit quantum ad hoc quod facit pronitatem ad malum. Alij vero dicunt q̄ sublatum fuit ei fomes in quantum pertinet ad corruptionem persone. prout impellit ad malum et difficultatem facit ad bonum. remansit tamen in quantum pertinet ad corruptionem nature. prout scilicet est causa traducendi originale peccatum in prolem. Alij vero dicunt q̄ in prima sanctificatione remansit fomes secundum essentiam. sed ligatus fuit. in ipsa autem conceptione filij dei fuit totaliter sublatum. Ad horum autem intellectum oportet considerari

terare q̄ fomes nihil est aliud q̄ inordinata concupiscentia sensibilis appetitus habitualis tamen quia actualis concupiscentia est motus peccati. dicitur autem concupiscentia sensualitatis esse inordinata in quantum repugnat rationi. quod quidem fit in quantum inclinatur ad malum vel difficultatem facit ad bonum. ideo ad ipsam rationem fomitis pertinet q̄ ad malum inclinatur vel difficultatem faciat in bono. unde ponere q̄ remanserit fomes in beata virgine non inclinans ad malum est ponere duo opposita simul. etiam videtur oppositionem implicare q̄ remanserit fomes in quantum pertinet ad corruptionem nature. non autem in quantum pertinet ad corruptionem persone. nam secundum Augustinum in libro de nuptiis et concupiscentia. libido est que peccatum originale transmittit in prolem. libido autem importat inordinatam concupiscentiam que non totaliter subditur rationi. et ideo si totaliter fomes subtraheretur in quantum pertinet ad corruptionem persone. non posset remanere in quantum pertinet ad corruptionem nature. Restat ergo ut dicamus q̄ vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus per primam sanctificationem vel q̄ fuerit ligatus. Posset tamen intelligi q̄ totaliter fuit sublatus fomes hoc modo. q̄ prestitutum fuerit beate virgini ex abundantia gratie descendens in ipsam ut talis esset dispositio virtutum anime in ipsa q̄ inferiores virtutes nunq̄ mouerentur contra arbitrium rationis. sicut dicitur est fuisse in christo. quem constat peccati fomitem non habuisse. et sicut fuit in Adam ante peccatum per originale in iusticiam. ita q̄ quantum ad hoc gratia sanctificationis in virgine habuit vim originalis iusticie. et quibus deest positio ad dignitatem virginis matris videatur pertinere derogat tamen in aliquo dignitatem christi absq̄ cultus virtute nullus a prima damnatione liberatus est. quibus per fidem christi aliqui ante incarnationem sunt secundum spiritum ab illa damnatione liberati. tamen q̄ secundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur non videtur debuisse fieri nisi post incarnationem eius in qua primo debuit immunitas damnationis apparere. et ideo sicut ante immortalitatem carnis christi resurgens nullus adeptus fuit carnis immortalitatem ita etiam inconueniens videtur dicere q̄ ante incarnationem christi in qua nullum fuit peccatum caro virginis matris eius vel cuiuscunq̄ alterius fuerit absq̄ fomite. que dicitur lex carnis siue membrorum. et ideo melius videtur dicendum. q̄ per sanctificationem in utero non fuerit sublatus virginis fomes secundum essentiam. sed remansit ligatus non quidem per actum rationis sue. sicut in multis sanctis. quia non statim habuit vsq̄ liberi arbitrij ad huc in ventre matris existens. hoc enim speciale privilegium christi fuit. sed per gratiam abundantem quā in sanctificatione receperat. et etiam perfectius per diuinam prouidentiam sensualitatem eius ab inordinato motu probibentem. postmodum vero in ipsa conceptione carnis christi in qua primo debuit resurgere peccati immunitas creditum est q̄ ex prole redundauerit in matrem totaliter a fomite subtractio. et hoc signatur Ezech. xliij. vbi dicit. Ecce gloria domini israel ingrediebatur per viam orientalem. id est per beatam virginem. et terra. id est. caro ipsius splendebat a maiestate eius scilicet christi.

Ad. i. ergo dicendum q̄ mors et huiusmodi penalitates de se non inclinant ad peccatum. unde etiam christus licet assumpsit penalitates fomitem tamen non assumpsit. unde etiam in beata virgine ut filio conformatetur. de cuius plenitudine gratiam accipiebat. primo quidem ligatus fuit fomes. postea

sublatus. non autem fuit liberata a morte et alia huiusmodi penalitatibus. ¶ Ad. ij. dicendum quod infirmitas carnis ad fomitem pertinens est quidem in sanctis viris perfecte virtutis occasio. non tamen causa sine qua perfectio haberi non possit. sufficiat autem in beata virgine ponere perfectam virtutem et abundantiam gratie. nec in ea ponere oportet omnem occasionem imperfectionis. ¶ Ad. iij. dicendum quod spiritus sanctus in beata virgine duplicem perfectionem fecit vel purgationem. Unam qua quidem quasi preparatoriam ad conceptionem christi. que non fuit ab aliqua impuritate culpe vel fomine. sed mentem eius magis in unum colligens. et multitudine subtolleens. nam et angeli purgati dicuntur in quibus nulla impuritas invenitur. ut dicit Dionysius. vi. c. celest. hierar. Aliam vero purgationem operatus est in ea spiritus sanctus mediante conceptione christi. que fuit opus spiritus sancti. et per hoc potest dici quod purgavit eam totaliter a fomite.

Ad quartum sic procedit.

Videtur quod per sanctificationem in utero non fuerit beata virgo preservata ab omni peccato actuali. quia ut dicitur est post primam sanctificationem fomes peccati remansit in virgine. motus autem fomitis etiam si rationem preveniat est peccatum veniale licet levissimum ut Augustinus dicit in libro de trinitate. ergo in beata virgine fuit aliquod peccatum veniale. ¶ Preterea. Super illud Lu. ij. tuam ipsius animam pertransibit gladius. Dicit Augustinus in li. de questionibus novi et veteris testamentorum. quod beata virgo in morte domini stupore quodam dubitavit. sed dubitare de fide est peccatum. ergo beata virgo si fuit preservata immunis ab omni peccato. ¶ Preterea. Chrysostomus super Mattheum exponens illud. Ecce mater tua et fratres tui foras stant querentes te dicit. manifestum est quoniam solum ex vana gloria hoc faciebant. Et Joban. ij. super illud. vinum non habent dicit idem Chrysostomus quod volebat illis imponere gratiam et seipsam daretorem facere per filium. et fortasse quid humanum patiebatur quemadmodum et fratres eius dicentes. manifesta te ipsum mundo. et post pauca subdit non scilicet deo mundum quem oportebat de eo opinionem habebat. quod totum constat est peccatum. ergo beata virgo non fuit preservata immunis ab omni peccato. ¶ Sed contra est quod Augustinus dicit in libro de natura et gratia de sancta virgine Maria propter honorem christi nullam propter eam de peccato agitur habere volo questionem. inde enim scimus quod ei plus gratie collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum quod concipere et parere meruit eam quam constat nullum habuisse peccatum. ¶ Rñ. dicendum quod illos quos deus ad aliquid eligit ita preparat et disponit. ut ad id ad quod eliguntur inveniatur idonei. ¶ In illud. ij. Corinth. ij. idoneos nos fecit ministros novi testamenti. beata ergo virgo fuit electa divinitus ut esset mater dei. et ideo non est dubitandum quod deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit per quod angelus ad eam dicit. inveniisti gratiam apud deum. ecce concipies etc. non autem fuisset idonea mater dei si peccasset aliquantulum. tum quia bonorum parentum redundat in prolem per illud Prover. xv. gloria filiorum patres eorum. unde et per oppositum ignominia matris ad filium redundasset. tum etiam quod singularem affinitatem habuit ad christum qui ab ea carnem accepit. dicitur autem. i. ad Corinth. vi. que convenit christi ad belial. Tum etiam quia singulari modo dei

filii qui est dei sapientia in ipsa habitavit. non solum in anima sed etiam in utero. Dicitur autem Sap. i. In maiorem animam non introibit sapientia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. et ideo simpliciter sciendum est quod beata virgo nullum peccatum actuale commisit. nec mortale nec veniale. ut sic impleatur quod dicitur Cant. iij. tota pulchra es amica mea et macula non est in te. ¶ Ad. ii. ergo dicendum quod in beata virgine post sanctificationem in utero remansit quidem fomes sed ligatus. ne scilicet praeveniret in aliquem motum inordinatum qui rationem praeveniret. et licet ad hoc operaretur gratia sanctificationis non tamen ad hoc sufficiebat. alioquin virtute illius gratie hoc ei fuisset prestitutum ut nullus motus posset esse in sensualitate eius nisi ratione preveniret. et sic fomitem non habuisset. quod est contra predicta. unde oportet dicere quod complementum illius ligationis fuit ex divina providentia. que non permittebat aliquem motum inordinatum ex fomite provenire. ¶ Ad. ij. dicendum quod illud verbum Symeonis Origenes et quidam alii doctores exponunt de dolore quam passa est in christi passione. Ambrosius autem rem per gladium dicit significari prudentiam Marie non ignaram mysterii celestis. divi enim est verbum dei et validum et acutius omni gladio accipitur. quidam vero gladium dubitationem intelligunt que tamen non est intelligenda dubitatio infidelitatis. sed admirandis et discussi onis. Dicit enim Basilus in epistola ad Eprimum quod beata virgo assistens cruci et aspiciens singula post testimonium Gabrielis post ineffabilem divine conceptionis notitiam. post ingentem miraculorum ostensionem animo fluctuabat ex una scilicet parte videns eum pati abiecta. et ex alia parte considerans eius miracula. ¶ Ad. iij. dicendum quod Chrysostomus in verbis illis excessit. Possunt tamen exponi ut intelligatur in ea dominum cohibuisse non inordinatum inanis glorie motum quantum ad ipsam sed id quod ab alijs possit terminari.

Ad quintum sic procedit.

Videtur quod beata virgo per sanctificationem in utero non obtinuit gratie plenitudinem sine perfectionem. Hoc enim videtur pertinere ad privilegium christi. per illud Joban. i. vidimus eum quasi unigenitum a patre. plenum gratie et veritatis. sed ea que sunt propria christi non sunt alijs attribuenda. ergo beata virgo plenitudinem gratiarum non accepit in sanctificatione. ¶ Preterea. ei quod est perfectum et plenum non restat aliquid addendum quia perfectum est cui nihil deest. ut dicitur in. ij. phys. sed beata virgo postmodum additionem gratie suscepit quando christum suscepit. Dicitur enim ei Lu. i. Spiritus sanctus superveniet in te. et iterum quando in gloria est assumpta. ergo videtur quod non habuit in sua prima sanctificatione plenitudinem gratiarum. ¶ Preterea. Deus non facit aliquid frustra. ut dicitur. i. de ce. et mun. frustra autem habuisset quasdam gratias cum eorum usum non exercuit. non enim legitur eam docuisse quod est actus sapientie. aut miracula fecisse quod est actus gratie gratis date. non ergo habuit plenitudinem gratiarum. ¶ Sed contra est quod angelus ad eam dixit. Ave gratia plena. quod exponens Hieronymus in sermone de assumptione dicit bene gratia plena. que ceteris per partes prestat. Marie vero se totam simul infudit gratie plenitudo. ¶ Rñ. videndum quod quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere tanto magis participat effectum illius

principij. unde dicit Dionysius. iij. c. cele. hierar. qd an
 geli qui sunt deo ppinquiores magis participant de boni
 tatibus vsuini qd homines. christus autem est principij
 um gracie. fm diuinitate quidem auctoritative. fm bna
 nitatem autem ministerialit. vnder Joban. i. dicitur gra
 tia et veritas per Iesum christum facta est. beata autem vir
 go Maria ppinquissima fuit christo fm humanitate. qz
 ex ea accepit humanam naturam. et ideo pre ceteris maio
 rem debuit a christo plenitudinem gratie obtinere. Ad
 i. ergo dicendum qd vnicuiqz a deo datur gratia fm hoc
 ad quod eligitur. et quia christus in quantum homo ad B
 fuit predestinatus et electus vt esset predestinatus fili dei
 in virtute et veritate sanctificationis hoc fuit ppius sibi vt
 haberet talem plenitudinem gratie qd redundaret in om
 nes fm qd dicitur Joban. i. de plenitudine eius nos om
 nes accepimus. sed beata virgo Maria tanqz gratie obri
 nuit plenitudinem vt esset ppinquissima auctori gratie. ita
 qd eum qui est plenus omni gratia in se reciperet. et parit
 do quodammodo gratiam ad omnes deiuaret. Ad. ij.
 dicendum qd in rebus naturalibus primo quidem est p
 fectio dispositionis puta cum materia est perfecte ad for
 mam disposita. secundo est perfectio forme que est por
 rior. nam et ipse calor perfectior est qui prouenit ex forma
 ignis. qua ille qui ad formam ignis disponebat. tertio est
 perfectio finis. sicut cum ignis habet perfectissime suas
 qualitates cum ad locum suu pertuenit. Et similiter i bea
 ta virgine fuit triplex perfectio gratie. Prima quidem qd
 si dispositiua. per quam reddebatur idonea ad hoc qd esset
 mater christi. et hec fuit perfectio sanctificationis. Secun
 da autem perfectio gratie fuit in beata virgine ex presen
 tia filij dei in eius utero incarnati. Tertia autem perfectio
 est finis quam habet in gloria. qd autem secunda perfe
 ctio sit prior qz prima et tertia qz secunda. Patet quide
 vno modo per liberationem a malo. nam primo i sua san
 ctificatione fuit liberata a culpa originali. secundo in co
 ceptione filij dei fuit totaliter mudata a fomite. tertio ve
 ro in sui glorificatione fuit liberata etiam ab omni miseria
 Alio modo per ordinationem ad bonum nam primo in sua
 sanctificatione adeptae est gratiam inclinantem eam ad
 bonum. in conceptione autem filij dei confirmata est ei
 gratia confirmans eam in bono. in sui vero glorificatione
 consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione di
 uini nominis. Ad. iij. dicendum qd non est dubitandū
 quin beata virgo acceperit excelleret et donū gratie et gra
 tiam virtutis et gratiam pphene sicut habuit christus. qd
 tamen accepit vt haberet omnes vsus barum et similituz
 gratiarum sicut habuit christus. sed fm qd conueniebat co
 ditioni ipsius. habuit enim sapientie vsu in contempla
 do. fm illud Lu. ij. Maria autem conseruabat omnia ver
 ba hec conferens in corde suo. non autem habuit vsu
 sapientie quantum ad docendū. eo qd hoc non conuenie
 bat serui muliebri. fm illud. ij. ad Timoth. ij. docere au
 rem mulierem non permitto. Miraculoz autem vsus si
 bi non competebar dum viueret. quia tunc temporis co
 firmata erat doctrina christi miraculis. et ideo soli chri
 sto et eius discipulis qui erant baiuli doctrine christi con
 ueniebat miracula facere. fm qd de Iohanne baptista di
 citur Joban. x. qd signum nullum fecit. vt scilicet omes
 in christo intenderent. vsu autem pphene habuit vt pa
 ter in Canis quod fecit. Magnificat anima mea dnm.

Ad sextuz sic proceditur

Videtur qd sanctificari in utero post christum ppium fu
 ir beate virginis. Dicitur enim qd propter hoc beata
 virgo in utero fuerit sanctificata vt redderetur idonea ad
 hoc qd esset mater christi. sed hoc est propriū sibi. ergo ip
 sa sola fuit sanctificata in utero. Prete. Aliqui vident
 tur ppinquius accessisse ad christum qd Hieremias et Jo
 hannes baptista qui dicuntur sanctificari in utero. nam
 christus specialiter dicitur filius David et Abrahā p
 promissionem eis specialiter factam de christo. Etias eti
 am expressissime de christo pphetauit. apostoli etiam cum
 ipso christo conuersati sunt. nec tamen leguntur sanctifi
 cati in utero. ergo etiam neqz Hieremie neqz Iohāni bap
 tiste conuenit in utero sanctificari. Prete. Job de se
 ipso dicit Job. xxi. ab infantia creuit mecum miseratio.
 et de utero egressa est mecum. et tamen propter hoc nō di
 citur eum sanctificatū in utero. ergo neqz Iohāne bap
 tistam neqz Hieremiam cogimur dicere sanctificatos i
 utero. Sed contra est quod de Hieremia dicitur. An
 teqz exires de utero sanctificauit te. et de Iohanne bap
 tista dicitur Lu. i. spiritu sancto replebitur. adhuc ex utero
 matris sue. Et dicendum qd Augustinus dicit in episto
 la ad Dardanū dubie videtur loqui de horum sanctifi
 catione in utero. potuit tamen exaltatio Iohannis esse i
 utero signum rei tante scilicet qd mater esset mater dei a ma
 ioribus cognoscende non a paruulo cognite. vnde in euā
 gelio non dicitur credidit infans in utero eius. sed exulta
 uit. vidimus autem exultationē non solum paruulorum
 sed etiam pecorum esse. sed hec iniustate existit quia i ut
 ero. et ideo sicut solent miracula fieri facta est diuinitus in
 infante non humanitus ab infante. qz etiam vsqz a do
 est in illo puero acceleratus vsus rationis et voluntatis vt
 inter viscera materna iam posset cognoscere credere et cō
 sentire ad quod in alijs paruulis erat expectatur vt possz
 et hoc in miraculis habendum puta diuine potentie. sed
 quia expresse in euangelio dicitur qd spūs sancto replebit
 adhuc in utero matris sue. et de Hieremia expresse dicit
 anteqz exires de vulo sanctificauit te. asserendum videt
 eos sanctificatos in utero. qz vsu liberi arbitrij non
 habuerunt in utero. de quo Augustinus mouet questio
 nem sicut etiam pueri qui sanctificantur per baptismum
 non stant habent vsu liberi arbitrij. Nec est credēdū
 alios sanctificatos esse in utero. de quibus scrip
 tura mentionem nō facit. quia buiusmodi priuilegia gra
 tie que dantur aliquibus preter legem cōmunem cōmu
 niter ordinantur ad vtilitatem aliorum. fm illud. i. Cor.
 xij. vnicuiqz datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. q
 nulla prouenit ex sanctificatione aliquorum in utero ni
 si ecclesie innotesceret. et qz iudiciorum dei non posset
 assignari ratio quare scilicet huic et non aliqz hoc min⁹ gra
 tie conferat conueniens tamen videtur fuisse vtrūqz vno
 rum sanctificari in utero ad prefigurandā sanctificationez
 per christum fiendam. Primo quidem per eius passio
 nem fm illud ad Hebre. vi. vt sanctificaret per suū san
 guinem populum extra portam passus est. quā quidem
 passionem Hieremias verbis et mysterijs aperissime p
 nūciauit et suis passionib⁹ expressissime pfigurauit. Sec
 cundo per baptismū. i. Corinth. vi. sed abluti estis. s; san
 ctificati estis. ad quem quidem baptismū Iohannes suo
 baptismo homines parauit. Ad. i. ergo dicendum qd bea
 ta virgo que fuit a deo electa in matrem amphorem gra
 tiam obtinuit qz Iohannes baptista et Hieremias qui
 sunt electi vt speciales pfiguratores sanctificationis christi

Quis signum est qd beate virgini prestitum est vt de cetero non peccaret mortaliter nec venialit. alijs autem sanctificatis creditur prestitum esse vt de cetero non peccaret mortaliter diuina eos gratia protegente. Ad .ij. dicendum qd quantum ad alia potuerunt sancti esse christo coniunctiores qd Hieremias et Johannes baptista. qui tamen fuerunt ei coniunctissimi quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius vt dictum est. Ad .iij. dicendum qd miseratio de qua Job loquitur non signat virtutem infusam. sed quandam inclinationem naturalem ad actum virtutis.

Questio XXVIII

Deinde considerandum

est de virginitate matris christi. Et circa hoc queruntur quattuor. 1. utrum fuerit virgo in concipiendo. 2. utrum fuerit virgo in partu. 3. utrum post partum virgo possit dei partum. 4. utrum votum virginis emulit.

Ad primum sic proceditur

Videtur qd mater dei non fuerit virgo in concipiendo. Nulla enim proles que habet patrem et matrem ex virgine concipitur. sed christus non solum dicitur habere matrem sed etiam patrem. Dicitur enim Lu. ij. erat pater et mater eius mirantes super his que dicebant de illo. Et .j. eo. dicit. Ecce ego et pater tuus dolentes querebamus te. ergo christus non est conceptus ex virgine matre. Preterea. Mat. i. proceditur qd christus fuit filius Abrae et David per hoc qd Joseph et David descendit. que quidem probatio nulla videtur esse si Joseph pater christi non fuisset. ergo videtur qd mater christi eum ex semine David et Joseph conceperit. et ita non videtur fuisse virgo in concipiendo. Preterea. dicitur ad Gal. iij. misit deus filium ex muliere. Mulier autem consueto modo loquendi dicitur qd est viri cognita. ergo christus non fuit conceptus ex virgine matre. Preterea. eorum que sunt eiusdem speciei. est idem modus generationis. quia generatio recipit speciem a termino sicut et ceteri mortui. sed christus fuit eiusdem speciei cum alijs hominibus. sicut illud ad Phil. ij. in similitudine hominum factus. et habitum inuentus vt homo. Cum ergo alij homines generentur ex coniunctione maris et femine. videtur qd etiam christus simili modo fuerit generatus. et ita non videtur conceptus ex virgine matre. Preterea. Quilibet forma naturalis habet materiam sibi determinatam extra quam esse non potest. materia autem forme humane videtur esse semen maris et femine. si ergo corpus christi non fuerit conceptum ex semine maris et femine non vere fuisset corpus humanum quod est inconueniens. videtur ergo non fuisse conceptus ex virgine matre.

Sed contra est quod dicit Esa. vij. ecce virgo concipiet et pariet filium. R. dicendum qd simpliciter confitendum est matrem christi virginem precepisse. contrarium enim dicere pertinet ad heresim ebionitarum et corinthiorum. qui christum purum hominem arbitrantur. et de vtroque sexu eum natum putauerunt. qd enim christus sit conceptus ex virgine. conueniens est propter quattuor. Primo propter imitantis partem dignitatem seruandam. cum enim christus sit verus et naturalis dei filius non fuerit conueniens vt alium patrem quem deum haberet. ne dei dignitas transferretur ad alium. Secundo hoc fuit conueniens. propter ipsius filij qui miratur qui quidem est verbum dei. verbum autem absque omni corruptione cordis concipit. quoniam cordis corruptio per se

eti verbi preceptione non patitur. quia ergo caro sic fuit a verbo dei assumpta. vt esset caro verbi dei conueniens fuit et qd etiam ipsa sine corruptione matris precepitur. Tertio hoc fuit conueniens dignitati humanitatis christi in quo lo cum peccatum habere non debuit. per quam peccatum mundi tolleretur. sicut illud Joban. i. Ecce agnus dei scilicet innocens. qui tollit peccata mundi. non poterat esse qd in natura iam corrupta ex peccato caro nasceretur sine infectione originalis peccati. vnde Aug. dicit in li. de nuptijs et concupiscentia. solus nuptialis concubitus ibi non fuit. scilicet in matrimonio marie et Joseph. quia in carne peccati fieri non poterat sine vlla carnis concupiscentia que accidit ex peccato sine qua concipi noluit qui futurus erat sine peccato. Quarto propter ipsum finem incarnationis christi. qui ad hoc fuit vt homines renascerentur in filios dei. non ex voluntate carnis neque ex voluntate viri. sed ex deo. i. ex dei virtute. Cuius rei exemplum apparere debuit in ipsa preceptione christi. vnde Aug. in li. de sancta virginitate. oportebat caput nostrum in signum miraculo sicut corpus nasci ex virgine. vt signaret sua membra de virgine ecclesia sicut spiritum nascitura. Ad .iij. ergo dicendum qd sicut Beda dicit super Lucam. pater saluatoris appellatur Joseph. non quod vere iuxta phoricianos pater fuerit ei. sed quod ad famam Marię seruandam pater sit ab hominibus estimatus. vnde et Lu. ij. dicitur vt putabatur filius Joseph. Vel sicut Aug. dicit in li. de bono coniugali. eo modo pater christi dicitur Joseph quo et vir Marię intelligitur sine coniunctione carnis ipsa concupiscentia. multo videlicet iustius qd si esset aliunde adoptatus. neque enim propterea erat appellandus Joseph pater christi. quod non eum concubendo genuerat quoniam quidem pater esset ei etiam quem non ex sua coniugatione aliunde adoptasset. Ad .ij. dicendum qd sicut Hieronymus dicit super Mattheum. cum Joseph non sit pater domini saluatoris ordo generationis eius vsq ad Joseph reduitur. primo quia non est consuetudinis scripturarum vt mulierum in generationibus ordo texatur. deinde ex vna tribu fuit Maria et Joseph. vnde ex lege accipere eam cogebatur. Et vt Aug. dicit in li. de nuptijs et concupiscentia. fuit generatio nisi seruetur vsq ad Joseph. perducenda. ne in illo coniugio virili sexu vniuersa potiori fieret iniuria cum veritati nihil deperiret. quia ex semine David. et Joseph erat et Maria. Ad .iij. dicendum qd sicut glo. ibidem dicit mulieres pro femina posuit more locutionis hebreorum. vsus enim hebreorum dicit mulieres non virginitate corruptas sed feminas. Ad .iij. dicendum qd ratio illa habet locum illis que procedunt in esse per viam nature. eo quod natura sicut est determinata ad vnum effectum ita etiam est determinata ad modum illum producendi. sed cum virtus supernaturalis diuina possit in infinita sicut non est determinata ad vnum effectum ita non est determinata ad modum producendi quemcumque effectum. et ideo sicut virtute diuina fieri potuit vt primus homo de limo terre formaretur. ita etiam fieri potuit vt diuina virtute corpus christi formaretur de virgine absque virili semine. Ad .v. dicendum qd sicut philosophus in li. de generatione animalium. semen maris non est sic materia in compositione animalium. sed solum sicut a generis. sola autem femina materiam subministrat in conceptu. vnde per hoc qd semen maris defuit in conceptione corporis christi non sequitur qd defuit ei debita materia. si tamen semen maris esset materia fetus concepti in alijs. manifestum tamen est qd non est materia permanens in eadem forma. sed materia transmutata. et quoniam virtus naturalis non possit

Questio... Ad secundum sic... Videtur qd mater dei non fuit virgo in concipiendo... Et circa hoc queruntur quattuor... Ad primum sic proceditur... Videtur qd mater dei non fuit virgo in concipiendo... Sed contra est quod dicit Esa. vij. ecce virgo concipiet et pariet filium... Ad .iij. dicendum qd sicut glo. ibidem dicit mulieres pro femina posuit more locutionis hebreorum... Ad .v. dicendum qd sicut philosophus in li. de generatione animalium...

transmutari ad certam formam nisi determinatam ma-
teriam virtus tamen diuina que est infinita potest trans-
mutare omnem materiam in quamcumque formam. vnde si-
cut transmutauit limu[m] terre in corpus Ade. ita in corpus
christi transmutare potuit materiam a matre ministratam
etiam si non esset sufficiens materia ad naturales preceptu[m]

Ad secundum sic procedit.

Videtur quod mater christi non fuit virgo in partu. Vi-
ditur enim Ambrosius super Lu. Qui vultu[m] sanctificauit alie-
nam vt nasceretur p[ro]beta. hic est qui aperuit matris sue
vuluum vt immaculatus exiret. sed apertio vulue virginis
tatem excludit. ergo mater christi non fuit virgo in partu
¶ Preterea. Nihil in mysterio christi esse debuit per quod
corpus eius fantasticum appareret. sed hoc non videtur ve-
ro corpori sed fantastico conuenire vt possit per clausum
transire. eo quod duo corpora simul esse non possunt. non er-
go debuit ex matris vtero clauso corpus christi prodire. et
ita non decuit quod esset virgo in partu ¶ Preterea. sicut dicit
Grego in omel. octauae pasche. p[er] hoc quod ianuis clausis ad
discipulos post resurrectione[m] intrauit d[omi]nus ostendit corp[us]
suum esse eiusdem nature et alterius glorie. et sic per clau-
sa transire videtur ad gloriam corporis pertinere. sed cor-
pus christi in sua conceptione non fuit gloriosus sed pas-
sibile habens similitudine[m] carnis peccati. vt apostolus vi-
dit ad Roma. viij. non ergo exiit per vteru[m] virginis clau-
sum ¶ Sed contra est quod in quodam sermone ephe-
si. concilij dicitur. natura post partum nescit vterius vir-
ginem. gratia vero et parientem dei matrem fecit. et virgi-
nitati non nocuit fuit. fuit ergo mater christi virgo etiam
in partu et post partum ¶ R[ati]o. dicendum quod absque omni du-
bio asserendum est matrem christi etiam in partu virginem
fuisse. nam propheta non solum dicit. Ecce virgo conce-
pserit sed ad idem addidit et pariet filium. Et hoc quidem
conueniens fuit propter tria. Primo quidem quia hoc co-
petebat proprietati eius qui nasceretur quod est verbum dei.
nam verbum non solum in corde absque corruptione con-
cipitur. sed etiam absque corruptione ex corde procedit. vnde
vt ostenderetur quod illud corpus esset ipsius verbi dei.
conueniens fuit vt de incorrupto virginis vtero nasceretur.
¶ Unde in sermone quodam ephesemi zeilij legitur. Que
parit carnem putam a virginitate cessat. sed quia natura est
carne verbum deus custodit virginitate[m]. seipsum ostendit
deus per hoc verbum. neque enim nostrum verbum cum pa-
tetur corrumpit mentem. neque deus verbum substantia[m]
le partum eligens peremit virginitate[m]. Secundo hoc est
conueniens quantum ad effectum incarnationis christi. nam
ad hoc venit vt nostram corruptione[m] tolleretur. vnde non fu-
it conueniens vt virginitate[m] matris nascendo corrumpere-
tur. vnde Aug. dicit in quodam sermone de natiuitate d[omi]ni
phas non erat vt per eius aduentum violaret integritas
qui venerat sanare corrupta. Tertio fuit conueniens vt ne
matris honorem nascendo dirimeret. qui parentes prece-
perat honorandos. ¶ Ad. i. ergo dicendum quod Ambrosius hoc
dicit exponens illud quod euangelista de lege induxit. o[mn]e
masculinum adaperiens vuluam sanctum d[omi]no vocabitur.
quod quidem vt Beda dicit consuevit natiuitate[m] more lo-
quitur. vt quod d[omi]nus sancti ventris hospitium ingressus
sanctificauerat egressus de v[er]gine nasci credendus non sit
vnde illa apertio non significat reuerentia[m] clausi p[ro]p-
teris virginis. sed solum exitum prole[m] de vtero matris.
¶ Ad. ij. dicendum quod ita christus voluit veritate[m] sui cor-

poris demonstrare quod etiam simul eius diuinitas claresceret
et ideo permiscuit mita humilibus. vnde vt corpus eius
verum ostenderetur nascitur ex femina sed vt ostenderetur
eius diuinitas nascitur ex virgine. talis enim partus decet
deum. vt dicit Ambrosius in hymno natiuitatis. ¶ Ad. iij.
dicendum quod quidam dixerunt christum in sua natiuitate
veterem subtilitatis assumpsisse quando exiit de clauso vte-
ro virginis. et quando ambulauit siccis pedibus super ma-
re. Dicunt eum assumpsisse veterem agilitatis. sed hoc non
competit his que supra determinata sunt. huiusmodi enim
vires corporis gloriosi proueniunt ex redundantia ani-
me ad corpus vt infra dicitur cum tractabitur de corpori-
bus gloriosis. dicitur est autem supra quod christus an pas-
sionem permittebat carni sue agere et pati quedam p[ro]p-
ria nec fiebat talis redundantia glorie ab anima ad corpus. et
ideo dicendum est quod omnia ista facta sunt miraculose p[ro]
virtutem diuinam. vnde Aug. super Joban. moli corpo-
ris vbi diuinitas erat hostia clausa non non obstitit. ut
ille quippe non eis apertis intrare potuit quo nascere vir-
ginitas matris inuolata permansit. Et Dionysius dicit in
quodam epistola. quod christus super homines operabatur
ea que sunt hominis. et hoc monstrat virgo supernaturali-
ter concipiens. et aqua instabilis terrenorum pedum susti-
nens grauitatem.

Ad tertium sic procedit

Videtur quod mater christi non permanserit virgo post partum
¶ Dicitur enim Matthei. i. Antequam p[ro]ueniret Ioseph et Ma-
ria inuenta est habens in vtero de spiritu sancto. non autem
hoc diceretur antequam p[ro]ueniret nisi certus esset de p[ro]uen-
turi. quia nemo dicit de non p[ro]ansuro antequam p[ro]anderet.
ergo videtur quod beata virgo quandoque conuenit carnali
copula cum Ioseph. et ita non permansit virgo post par-
tum ¶ Preterea. ibidem subditur ex verbis angeli loquen-
tis ad Ioseph. Ne timeas accipere Mariam coniugem
tuam. coniugium autem presumatur per carnalem copu-
lam. ergo videtur quod quandoque carnalis copula interue-
nit inter Mariam et Ioseph. et ita videtur quod non p[er]ma-
nerit virgo post partum ¶ Preterea. ibidem post pauca sub-
ditur. et accepit coniugem suam. et non cognoscebat eam
donec peperit filium suum primogenitum. hoc autem aduer-
bium donec consuevit determinatum tempus signare. quo
completo fiat id quod vsque ad illud tempus non fiebat. vnde
vbi autem cognoscendi ibi ad coitum refertur. sicut et
Gen. iij. dicitur quod Adam cognouit uxorem suam. ergo
videtur quod post partum beata virgo fuit a Ioseph cog-
nita. et ita videtur quod non permanserit virgo post partum. ¶
Preterea. primogenitus non potest dici nisi qui habet fra-
tres subsequentes. vnde ad Roma. viij. dicitur. quos p[ro]
sciuit et predestinavit conformes fieri imaginis filij sui. vt
sit ipse primogenitus in multis fratribus. sed euangeli-
sta nominat christum primogenitum matris eius. ergo alij
os filios habuit post christum. et ita videtur quod mater chris-
ti non fuerit virgo post partum ¶ Preterea. Joban. ij. vi-
ditur post hoc descendit capharnaum ipse scilicet christus et
mater et fratres eius. sed fratres dicuntur qui ex eodem
patre progeniti sunt. ergo videtur quod beata virgo habu-
it filios alios post christum. ¶ Preterea. Matthei. xxij. dicitur.
erant ibi scilicet iuxta crucem christi mulieres multe
a longe. que secute erant Iesum a galilea ministrantes ei
inter quas erant Maria magdalene et Maria iacobi. et
Ioseph mater. et mater filiorum zebedei. videtur autem

hec Maria que dicitur iacob et ioseph mater esse etiam mater christi. Dicitur enim Joban. xix. quod stabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius. ergo videtur quod mater christi si permanserit virgo post partum. Sed contra est quod dicitur Ezech. xij. porta hec clausa erit et non aperietur et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est per eam quod August. exponens in quodam sermone quid est porta in domo domini clausa nisi quod Maria semper erat intacta et quid est quod homo non transibit per eam nisi quod Ioseph non cognosceret eam. et quid est quod dominus solus intrabit et egredietur per eam nisi quod spiritus sanctus in ea pregnavit eam et angelorum dominus nasceretur per eam et quid est clausa erit in eternum nisi quod Maria virgo est ante partum virgo in partu et virgo post partum. **R**espondendum quod absque omni dubio detestandus est error beati viri dicitur qui dicere presumpsit matrem christi a Ioseph post partum esse carnaliter cognitam et alios filios genuisse. Hoc enim primo derogat christi perfectioni. qui sicut per unam naturam unigenitus est patris tanquam perfectus per omnia filius eius. ita etiam debeat ut esset unigenitus matris tanquam perfectissimum germen eius. Secundo hic error iniuriam facit spiritui sancto. cuius sacrarium fuit uterus virginis in quo carnem christi formavit. unde non decebat ut decetero violaretur per commixtionem virile. Tertio hoc derogat dignitati et sanctitati matris dei. que ingratissima videretur si tanto filio contenta non esset. et si virginitatem que in ea miraculose conservata fuerat sponte perdere vellet per carnis concubitum. Quarto etiam ipsi Ioseph esse ad ad maximam presumptionem imputandum. si ea qua revelate angelo de spiritu sancto deum concepisse cognoverat pollute attemptasset. et ideo simpliciter est asserendum quod mater dei sicut virgo concepit et virgo peperit et etiam virgo post partum in sempiternum permansit. **A**d. i. ergo dicendum quod sicut Hieronymus dicit in li. contra Iulianum intelligendum est quod hec prepositio ante licet sequentia sepe iudicet tamen nonnunquam ea tantum que prius cogitabant ostendit. nec est necesse ut cogitata fiant. cum ideo aliud intervenit ne ea que cogitata sunt fierent sicut si aliquis diceret antequam in portu pranderem nauigavi. non intelligitur quod in portu pranderet postquam nauigavit. sed quia cogitabat in portu pranderet. et similiter euangelista dicit antequam conveniret inuenta est Maria habens in utero de spiritu sancto. non quia postea puererunt. sed quia dum viderentur convenirent prevenit conceptio per spiritum sanctum. et quo factum est ut viderentur non puererunt. **A**d. ij. dicendum quod sicut Augustinus dicit in li. de nuptiis et concubitu. Coniugium vocat mater dei ex prima responsione fide qua concubitu non cognoverat. nec fuerat cogniturus. Ut enim Ambrosius dicit super Lucam. non virginitatis exceptio. sed coniugii testificatio nuptiarum declaratio celebratur. **A**d. iij. dicendum quod quidam dixerunt hoc non esse intelligendum de cognitione carnis sed de cognitione noticie. Dicit enim Chrysostomus. quod non cognovit eam Ioseph antequam pareret cuius fuerit dignitatis. sed postquam peperit cognovit eam. quia per ipsius prolem specialior et dignior facta fuerat quam totus mundus. quia quem totus mundus capere non poterat in angustis uteri sui sola suscepit. Quidam vero hoc referunt ad noticiam visus. sicut enim Moyses cum dominus colloqueretur glorificata est facies ut non possent intedere in eum filii israel sic Maria claritate virtutis altissimi obumbrata cognosci non poterat a Ioseph. donec pareret post partum vero a Ioseph cognita invenitur specie

facies non tactu libidinis. Hieronymus autem concedit hoc esse intelligendum de cognitione carnis. sed dicit quod licet vel donec in scripturis dupliciter potest intelligi. quoniam dicitur enim designat certum tempus. secundum illud ad Gal. iij. propter transgressionem lex posita est donec veniret semen cui promiserat. quandoque vero signat infinitum tempus. secundum illud per. Oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ex quo non est intelligendum quod post impetratam misericordiam oculi auerantur a deo. et secundum hunc modum loquendi significatur ea de quibus potest dubitari si scripta non fuissent. cetera vero nostre intelligentie derelinquuntur. et secundum hoc dicit euangelista matrem dei non esse cognitam a viro usque ad partum. ut multo magis intelligamus cognitam non fuisse post partum. **A**d. iij. dicendum quod mos divinarum scripturarum est ut primo genitum vocent non solum eum quem fratres sequuntur. sed etiam eum qui primus natus sit. alioquin si non esset primogenitus nisi quem sequuntur fratres tam diu esset legem primogenita non deberentur quodammodo et alia non fuerint procreata. quod patet esse falsum. cum infra annum et mensem primogenita redimi mandentur secundum legem. **A**d. v. dicendum quod quidam sicut dicit Hieronymus super Mattheum. fratres domini de alia uxore Ioseph suscipiantur. nos autem fratres non filios Ioseph sed consobrinos salvatoris sororum Marie filios intelligimus. quattuor enim modis in scriptura dicuntur fratres. scilicet per naturam. gentem. cognationem. et affectum. Unde fratres domini dicitur sunt non secundum naturam quasi ab eadem matre nati. sed secundum cognationem. quasi consanguinei eius existentes Ioseph autem sicut Hieronymus dicit contra Iulianum. magis credendus est virgo permansisse quam aliam uxorem habuisse. nam scribitur et fornicatio in sanctum virum non cadit. **A**d. vi. dicendum quod Maria que dicitur iacobi et Ioseph mater non intelligitur esse mater domini que in euangelio non consuevit nominari nisi cum cognominatio huius dignitatis quod sit mater Iesu. hec autem Maria intelligitur esse uxor alphi. cuius filius est Iacobus minor qui dicitur esse frater domini.

Ad quartum sic procedit.

Videtur quod mater dei virginitatem non vouerit. Dicit enim Deuter. vij. non erit apud te sterilis utriusque sexus sterilitas autem sequitur virginitatem. ergo servatio virginitatis erat contra preceptum veteris legis. sed adhuc vetus lex habebat statum antequam christus nasceretur. ergo non potuit licite beata virgo virginitatem vouere per tempore illo. **P**roterea apostolus dicit i. Corinth. vij. de virginibus autem preceptum non habeo. consilium autem do. sed perfectio consiliorum a christo debuit inchoari. quod est finis legis. ut apostolus dicit ad Romanos. iij. non ergo pueniens fuit quod virgo votum virginitatis emitteret. **P**roterea. glo. Hieronymus dicit. i. ad Timotheum. v. quod pueniens virginitatem non solum nubere sed etiam velle nubere damnabile sed mater christi nullum peccatum damnabile commisit. ut supra habitum est. cum ergo responsa facta fuerit ut haberetur Lu. ij. videtur quod ipsa virginitatis votum non emisit. **S**ed contra est quod Augustinus dicit in li. de sancta virginitate. annunciente angelo Maria respondit. quod fiet istud. quoniam virum non cognosco. quod profecto non diceret nisi se virginem deo ante vouisset. **C**ontra. videtur quod licet in. ij. pre habitus est opera perfectionis magis sunt laudabilia si ex voto celebrantur. viginti sunt in mente dei papue debuit polle

et si p̄ dicit rōnib⁹ patz. ⁊ ideo pueniēs fuit ut dignitas ei⁹
 ex voto esset deo consecrata. Verum qz tempe legis opoz
 tebat generationi insistere taz mulieres quā viros qz fm
 carnis originem tunc cultus dei ppagabat antequā ex il
 lo populo xps nasceret mater dei nō creditur antequā de
 sponsaret ioseph absolute virginitatem vouisse, licet eam
 in desiderio habuit, sup hoc tamen voluntatem suam di
 uino commisit arbitrio. postmodum vero accepto spon
 so fm qz mores illius tempore exigebant simul cum eo vo
 tum virginitatis emisit. Ad. i. ergo dōm qz videba
 tur esse in lege prohiberetur non dare opam ad relinquen
 dum semen sup terram. ideo non simpliciter ad virgini
 tatem vouit dei genitrix. sed sub conditione si deo place
 ret. postqz innotuit hoc esse deo acceptum absolute vouit
 antequā ab angelo denunciaretur. Ad. ij. dōz qz sicut
 gratie plenitudo perfecte quidem fuit in christo ⁊ tamen
 aliqua eius inchoatio pcessit in matre ita etiam obserua
 tio consiliorum que p gratiam dei fit pfecte quidem ince
 pit in christo. sed aliquo modo fuit inchoata i virgine ma
 ria matre eius. Ad. iij. dōm qz verbum illud Hiero. ē
 intelligendum de illis qui absolute castitatem vouent.
 quod quidem mater dei non fecit anteqz ioseph despon
 saretur. sed post desponsationem ex cōmuni voluntate sil
 eum sponso suo votum virginitatis emisit.

Questio. XXIX

Deinde considerandū

est de desponsatione matris dei. Et circa hoc q
 runt duo. Primo vtrū xps debuit de despon
 sata nasci. Secdo vtrum fuerit verum matrimonium in
 ter matrem domini ⁊ ioseph.

Ad primum sic pceditur

Videat qz xps non debuerit de virgine desponsata nasci.
 desponsatio enī ad carnalem copulam ordinat. sed mater
 xpi nunquā voluit vti carnali copula viri. qz hoc teroga
 ret virginitati mentis ipsius. ergo nō debuit esse despon
 sata. De. qz xps ex virgine nasceret miraculum fuit. vñ
 Augu. dicit in epla ad Colusianum ipsa dei virtus p in
 violata matris virginea viscera membra infantis eduxit.
 que p clausa hostia membra iuuenis introduxit. huius si
 ratio querit non est mirabile. si exemplum polci non erit
 singulare. sed miracula que sunt ad confirmationem fi
 dei debent esse manifesta. cum ergo p desponsatione hoc
 miraculum fuit obumbratū videt non fuisse pueniens qz
 xps d desponsata nasceret. De. ignati⁹ martir vñ dicit
 Hiero. sup Martb. hanc causam assignat desponsationis
 matris xpi vñ partus eius celaret diabolo dum eum pu
 rat nō de virgine sed de vxore generatū. que quidē cau
 sa nulla esse videtur. tum qz diabolus ea qz corporaliter fuit
 sensus pspicacitate cognoscit. tum qz per multa euiden
 tia signa postmodum demones aliquantulū xpm cognoue
 runt. vnde dicit Marc. i. qz homo in spū imū undo exda
 manu dicens. quid tibi ⁊ nobis Jesu nazarene venisti p
 tere nos. scio quia sis sanctus dei. non ergo videt conue
 niens fuisse qz mater dei fuisset desponsata. De. aliaz
 rōnem assignat Hiero. ne lapidaret mater dei a iudeis si
 cut adultera. si enī non fuisset desponsata nō potuisset de
 adulterio cōdemnari. ⁊ ita nō videt rōnabile fuisse qz xps
 de desponsata nasceret. Sed ptra est qd dicit Martb.
 i. Lum esset desponsata mater Jesu maria ioseph. ⁊ Luc

i. Hic est angelus gabriel ad virginem desponsatam
 viro cui nomen erat ioseph. Rñ. dōm qz conueniens
 fuit xpm de desponsata virgine nasci. tū propter ipm. tum
 ppter matrem. tum etiam ppter nos. Propter ipm quidē
 xpm quadruplici ratione. Prima quidem ne ab infideli
 bus tanquaz illegitime natus abijceret. vnde Ambro.
 dicit sup Lucam. quid iudeis quid herodi posset ascribi.
 si narum viderentur ex adulterio psecuti. Secdo vt con
 sueto modo eius genealogia per virum describeret. vnde
 Ambro. dicit sup Lucam. qui in seculum venit seculi de
 buit more describi. vñ autē persona queritur. que in ses
 natu ⁊ reliquis curijs ciuitatum generis asserit dignitatē
 consuetudo etiam nos instruit scripturarum que semper
 vñ originem querit. Tertio ad tutelam pueri nati. ne vi
 abolus contra eum vellemus nocumenta procurasset
 sed ⁊ ideo ignat. us dicit ipsam fuisse desponsatam vñ par
 tus eius diabolo celaret. Quarto vt a ioseph nutretur
 vnde ⁊ pater eius dicitur est quasi nutricius. Fuit etiam
 conueniens ex parte virginis. Primo quidem quia p hoc
 redditur immunis a pena. ne scz lapidaretur a iudeis tan
 quā adultera vñ Hiero. dicit. Secdo vt per hoc ab infar
 mia liberaretur. vnde dicit Ambro. super Lucam qz despo
 sata est. ne in temerata virginitas adureretur infamia. cui
 grauis alius corruptele videtur insignie pferre. Ter
 tio vt ei a ioseph ministeriū exhiberetur vñ Hiero. dicit
 Ex parte etiam nostra fuit conueniens. Primo quidem
 eo qz testimonio ioseph comprobatur est xpm esse ex
 virgine natum. vnde Ambro. dicit super Lucam locu
 plenoz testis pudoris maritus adhibetur. qui possit ⁊ dele
 te iniuriam ⁊ vindicare obprobrium. si non agnosceret sa
 cramentum. Secundo quia ipsa verba virginis magis
 credibilia redduntur suam virginitatem asserentis. vnde
 Ambro. dicit super Lucam. fides marie verbis magis as
 feritur. ⁊ mendacij causa remouetur. videtur enim culpā
 obumbrare voluisse. mendacio innupta pregnant. causam
 autem mentiendi desponsata non habuit cum coniugij p
 mium ⁊ gratia nuptiarum partus sit feminarum. que qz
 tem duo pertinent ad firmitatem fidei nostre. Tertio vt
 tolleretur excusatio virginibus. que propter incautelam
 suam non vitant infamiam. vnde Ambrosius non decuit
 dignibus sinistra op. nō de viuētib. vel amē exculatōis reli
 qz qz infamata nē quozqz vñ i videretur. Quarto quia per
 hoc designatur vniuersa ecclesia. que cum virgo sit despo
 sata tamen est vni viro christo. vñ Augu. dicit in libro de
 virginitate. Potest etiam quinta ratio esse. qz qz mater
 domini fuit desponsata ⁊ virgo in psona ipsius ⁊ virginis
 ras et matrimonium honozat. contra hereticos alteri eo
 rum detrahentes. Ad. i. ergo dōm qz beata virgo mater
 dei ex familiari instinctu spū sancti credenda est despo
 sata voluisse. confidens de diuino auxilio. qz nunquā ad
 copulam carnalem perueniret. hoc tamen diuino commi
 sit arbitrio. vt nullum passa est virginitatis detrimentū.
 Ad. ij. dicendum qz sicut Ambrosius dicit super Lu
 cam maluit dominus de suo ortu quam de matris pudor
 te dubitari. sciebat enim teneram esse virginis verecun
 diam. ⁊ lubricam famam pudoris. nec putauit ortus sui
 fidem matris iniurijs astruendam. Sciendum tamen qz
 miraculorum dei quedam sunt de quibus est fides sicut
 miraculum virginis partus. ⁊ resurrectionis domini. ⁊ i
 sacramento altaris. ⁊ ideo dñs voluit occultiora esse. vt fi
 des eorum magis meritoria esset. quedam vero miracula
 sunt ad fidei comprobationem. ⁊ ista debent esse manife

fi s

sta. Ad. iij. dicitur quod sicut dicit Augustinus. iij. de tri. diabolus multa potest virtute sue nature a quibus tamen prohibetur virtute divina. et hoc modo potest dici quod virtute sue nature diabolus cognoscere poterat matrem dei non fuisse corruptam sed virginem. prohibebatur tamen a deo cognoscere. modum partus domini. quod autem postmodum eum aliquantulum cognovit diabolus esse filium dei non obstat. quia tamen tempus erat ut christus suam virtutem contra diabolum ostenderet. et persecutionem ab eo consuetam pateretur. sed in infantia oportebat impediri maliciam diaboli. ne eum acius persequeretur quando christus nec pati disposuerat. nec virtutem suam ostenderet. sed in omnibus alijs infantibus se similem exhibebat. unde leo papa in sermone episcopi. dicit. quod magi inveniunt puerum Jesum. quantitate parvum. alieni operis indigentem. facti impotentem. et nullam ab humane infantie generalitate discrevum. Ambrosius. tamen super Lucam videtur magis referre ad membra diaboli. premissa enim hac ratione scilicet de fallendo principem mundi subdit. sed tamen magis refellit principes seculi. demonum enim malicia facile etiam occulta deprehendit. at vero qui secularibus vanitatibus occupantur scire divina non possunt. Ad. iij. dicitur quod iudicio adulterorum lapidabatur secundum legem non solum illa que iam erat desponsata vel nupta sed etiam illa que in domo patris custodiebatur ut virgo. quandoque nuptura. unde dicitur Deuter. xxij. si non est in puella inventa virginitas lapidibus obruent eam viri civitatis illius et morietur. quoniam fecit neptas in israel ut fornicaretur in domo patris sui. Et potest dici secundum quosdam quod bethago erat de stirpe sine pariete aaron. unde erat cognata elizabet. ut dicitur Luca. i. virgo autem de genere sacerdotali propter stuprum occidebatur. legitur enim Levi. xxi. Sacerdotis filia si deprehensa in stupro fuerit et violaverit nomen patris sui flammis exuretur. Quidam vero referunt verbum Hieronymi ad lapidationem infamie.

Ad secundum sic proceditur

Videtur quod inter Mariam et ioseph non fuerit verum matrimonium. dicit enim Hieronymus in libro contra Iulianum. quod ioseph Marie custos potius fuit quam maritus. sed si fuisset verum matrimonium vere ioseph maritus eius fuisset ergo videtur quod non fuerit matrimonium inter Mariam et ioseph. Pre. super illud Mat. i. Jacob genuit ioseph virum marie Hieronymus. autem dicit. cum virum audis suscipio tibi non subeat nuptiarum. sed recordare consuetudinis scripturam. quod sponsi viri et sponse vocantur uxores sed verum matrimonium non efficitur ex sponsalibus sed ex nuptiis. ergo non fuit verum matrimonium inter beatam virginem et ioseph. Pre. Mat. i. dicitur ioseph vir eius cum iustus esset et nollet eam traducere. id est. in domum suam ad cohabitationem assiduam voluit eam occulte dimittere. id est. tempus nuptiarum mutare ut remigius exponit. ergo videtur quod nondum celebratum esset verum matrimonium postquam cum ioseph fuisset. non licet alicui sponsas dimittere. Sed est quod Augustinus dicit in libro de consensu evangelistarum. non est probas ut ioseph ab hoc coniugio Marie sepeandum evangelista putaret cum dixit ioseph virum Marie. quod non ex eius concubitu sed virgo peperit christum. hoc enim exemplo manifeste innuatur fidelibus coniugans etiam servata pari consensu continentia posse permanere coniugium vocari. non permixto corporis sexu. Responso dicendum quod mari-

Videtur quod conceptio christi fuit naturalis. secundum enim conceptionem carnis christus dicitur filius. est autem verus et naturalis filius hominis sicut verus et naturalis dei filius. ergo conceptio eius fuit naturalis. **P**reterea. nulla creatura producit operationem miraculosam. sed conceptio christi attribuitur beate virgini que est pura creatura. dicitur enim quod virgo christum concepit. ergo videtur quod non sit miraculosa sed naturalis conceptio. **P**reterea. ad hoc quod aliqua transmutatio sit naturalis sufficit quod principium passivum sit naturale. ut supra habitum est. sed principium passivum ex parte matris in conceptione christi fuit naturale. ut ex dictis patet. ergo conceptio christi fuit naturalis. **S**ed contra est quod Dionysius dicit in epistola ad Gayum monachum super hominem operatur scilicet christus ea que sunt hominis. et hoc monstrat virgo supernaturaliter concipiens. **R**espondetur. dicendum. quod sicut Ambrosius dicit in libro de incarnatione. multa in hoc mysterio. et secundum naturam invenies et ultra naturam. si enim consideremus id quod est ex parte materie conceptus quam mater ministravit totum est naturale. **S**i vero consideremus id quod est ex parte virtutis acrive totum est miraculosum. **E**t quia unumquodque magis iudicatur secundum formam quam secundum materiam. et similiter fuit

eti qd successive perficitur. sed est actus iam perfecti vt dicitur in ij. de anima. Et ideo dicendum est qd christus in primo instanti sue conceptionis habuit vsu liberi arbitrii. Ad primum ergo dicendum qd esse est prius natura qd agere. non tamen est prius tempore. sed simul cum agens habet esse perfectum incipit agere. nisi sit aliquid impediens. sicut ignis cum generatur incipit simul calefacere et illuminare. sed calefactio non terminatur in instanti. sed per temporis successione. illuminatio autem perficitur in instanti. et talis operatio est vsus liberi arbitrii. Ad secundum dicendum qd simul cum terminatur consilium vel deliberatio potest esse electio. illi autem qui deliberatione consilij indigent in ipsa terminatione consilij primo habent certitudinem de eligendis. et ideo statim eligunt. ex quo patet qd deliberatio consilij non impeditur ad electionem nisi propter inquisitionem incerti. christus autem in primo instanti sue conceptionis sicut habuit plenitudinem gratie iustificantis. na habuit plenitudinem veritatis cognite. sicut illud. plenum gratie et veritatis. unde quasi habens omnem certitudinem. potuit statim in instanti eligere. Ad tertium dicendum. qd intellectus christi sicut scientiam infusam poterat intelligere etiam non convertendo se ad fantasmata. vt supra habitus est. unde poterat in eo esse operatio voluntatis et intellectus absqz operatione sensus. sed tamen potuit inesse operatio sensus in primo instanti sue conceptionis. maxime quantum ad sensum tactus. quo sensu proles concepta sentit in matre. etiam antequam animam rationalem obtineat. vt dicitur in libro. de gene. animalium. unde cum christus in primo instanti sue conceptionis habuit animam rationalem formato iam et organiato corpore eius. multo magis in eodem instanti poterat habere operationem sensus tactus.

Ad tertium sic proceditur

Videtur qd christus in primo instanti sue conceptionis mereri non potuit. sicut enim se habet liberum arbitrium ad merendum. ita ad demerendum. sed dyabolus in primo instanti sue creationis no potuit peccare. vt in prima prehabitu est. ergo neqz anima christi in pmo instanti sue creationis quod fuit primum instans conceptionis christi potuit mereri. Preterea. Illud quod homo habet in pmo instanti sue conceptionis videtur ei esse naturale. quia hoc est ad quod terminatur sua generatio naturalis. Sed naturalibus non meremur. vt patet ex his que dicta sunt in secunda parte. ergo videtur qd vsus liberi arbitrii quez christus habuit sicut hominem in primo instanti sue conceptionis non fuit meritorius. Preterea. Illud qd semel aliquis meruit iam facit quodammodo suum. et ita non videtur qd iterum possit illud idem mereri. quia nullus meretur quod suum est. Si ergo christus in primo instanti sue conceptionis meruit sequitur qd postea nihil meruit. quod patet esse falsum. non ergo christus in primo instanti sue conceptionis meruit. Sed contra est quod Augustinus dicit super Exodi. Non habuit omnino christus iuxta anime meritum quo potuisset proficere. potuisset autem proficere in merito si in primo instanti sue conceptionis non meruisset. ergo in primo instanti sue conceptionis christus meruit. Ad. dicendum. qd sicut supra dictum est. christus in primo instanti sue conceptionis sanctificatus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio. Una quidem aduitorum qui sicut propriu actu sicut

etificans. Alia autem puerorum qui non sanctificant sicut propriu actu fidei. sed sicut fide parentum vel eccle. prima autem sanctificatio est perfectior qd scda. sicut actus est perfectior qd habitus. et quod est per se eo quod est per aliud. cum ergo sanctificatio christi fuerit perfectissima. quia sic sanctificatus est vt esset aliorum sanctificator. consequens est qd ipse sicut propriu motum liberi arbitrii in deum fuerit sanctificatus qui quidem motus liberi arbitrii est meritorius. unde consequens est qd in primo instanti sue conceptionis christus meruit. Ad primum ergo dicendum. qd liberum arbitrium non eodem modo se habet ad bonum et ad malum nam ad bonum se habet per se et naturaliter ad malum autem se habet per modum defectus et preter naturam. Sicut autem philosophus dicit in ij. de celo et mundo. Posterior est quod est preter naturam. eo qd est sicut naturam quia illud quod est preter naturam est quedam excessio ab eo quod est sicut naturam. et ideo liberum arbitrium creature in primo instanti creationis potest moueri ad bonum merendo. non autem ad malum peccando si tamen natura sit integra. Ad secundum dicendum qd illud quod homo habet in instanti sue creationis sicut communem nature cursum est homini naturale. nihil tamen prohibet quin aliqua creatura in principio sue creationis aliquod gratie beneficium a deo consequatur. Et hoc modo anima christi in principio sue creationis consecuta est gratiam qua potest mereri. Et ea ratione gratia illa sicut quandam similitudinem dicitur fuisse illi homini naturalis. vt patet per Augustinum in encheridion. Ad tertium dicendum. qd nihil prohibet idem esse alicuius ex diuersis causis. et sicut hoc christus gloriam immortalitatis quam meruit in primo instanti sue conceptionis. potuit etiam posterioribus actibus et passionibus mereri. non quidem vt esset magis debita sed vt sibi pluribus causis deberet.

Ad quartum sic proceditur

Videtur qd christus non fuerit perfectus comprehensor in primo instanti sue conceptionis. meritum enim precedit premium sicut et culpa penam. sed christus in primo instanti sue conceptionis meruit. sicut dictum est. cum ergo status comprehensoris sit principale premium. videtur qd christus in primo instanti sue conceptionis non fuerit comprehensor. Preterea. dominus dicit. Luce. vltio. Hec oportuit christum pati. et ita intrare in gloriam sua. sed gloria pertinet ad statum comprehensoris. ergo christus non fuit in statu comprehensoris in primo instanti sue conceptionis. quando adhuc nullam sustinuit passionem. Preterea. id quod non conuenit nec homini nec angelo videtur esse proprium deo. et ita non conuenit christo sicut qd homo. sed semper esse beatum non conuenit nec homini nec angelo. si enim fuissent conditi beati postmodum non peccassent. ergo christus sicut qd homo non fuit beatus in primo instanti sue conceptionis. Sed contra est quod dicitur in Psal. Beatus quem elegisti et assumpsisti. quod sicut glosam refertur ad humanam naturam christi. que assumpta est a verbo dei in unitatem persone. sed in primo instanti conceptionis fuit assumpta humana natura a verbo dei. sicut in primo instanti sue conceptionis christus sicut qd homo fuit beatus. qd est esse comprehensorem. Ad. qd sicut ex dictis patet non fuit conueniens vt christus in sua conceptione habitum gratiam acciperet tamen absqz actu. accepit autem gratiam non ad mensuram vt supra habitus est. gratia autem viatoris cum sit deficiens a gratia comprehensoris habet mensuram maiorem

respectu comprehensoris. unde consequenter est qd christus in primo instanti sue conceptionis accepit non solum tantam gratiam quantum comprehensores habent. sed etiam omnibus comprehensoribus maiorem. et quia gratia illa non fuit sine actu consequens est qd actu fuit comprehensor videndo deum per essentiam clarius ceteris creaturis.

Ad primum ergo dicendum qd sicut supra dictum est. christus non meruit gloriam anime sicut quia dicitur comprehensor. sed gloriam corporis ad quam per suam passionem pervenit. Unde patet responsio ad secundum.

Ad tertium dicendum qd christus ex hoc qd fuit deus et homo etiam in sua humanitate habuit aliquid pre ceteris creaturis. ut scilicet statim a principio esset beatus

Questio. XXXV.

Consequenter post conceptionem agendum est de eius natiuitate. Et primo quantum ad ipsam natiuitatem. Secundo quantum ad nati manifestacionem. Circa primum queruntur octo. Primo utrum natiuitas christi sit nature vel persone. Secundo utrum christo sit attribuenda alia natiuitas preter eternam. Tertio utrum sicut natiuitatem temporalem beata virgo sit mater eius. Quarto utrum debeat dici mater dei. Quinto. utrum christus sicut duas filiationes sit filius dei patris. et virginis matris. Sexto de modo natiuitatis. Septimo de loco. Octavo de tpe natiuitatis.

Ad primum sic procedit

Videtur qd natiuitas nature conueniat magis quam persone. Dicit enim Augustinus in libro de fide ad Petrum. Natura eterna atq; diuina non potest concipi et nasci ex humana natura nisi sicut veritatem nature humane. Sic ergo diuine nature conuenit concipi et nasci ratione humane nature. Multo magis ergo conuenit humane nature.

Preterea. sicut philosophum. v. metaphis. nomen nature a nascendo sumptum est. sed denominationes sunt sicut similitudinis conuenientiam. ergo videtur qd natiuitas magis pertineat ad naturam quam ad personam.

Preterea. Illud proprie nascitur quod per natiuitatem incipit esse. sed per natiuitatem christi non incipit esse persona nascitur. sed eius natura humana. ergo videtur qd natiuitas proprie pertineat ad naturam non ad personam.

Sed contra est quod dicit Damascenus in. ij. libro. Natiuitas ypostasis est non nature. **Rn.** dicendum qd natiuitas potest attribui alicui dupliciter. Uno modo sicut subiecto. Alio modo sicut termino. Sicut subiecto quidem attribuitur ei quod nascitur. hoc autem est proprie ypostasis non nature. cum enim nasci sit quoddam generari sicut generatur aliquid ad hoc quod sit. ita nascitur aliquid ad hoc quod sit. esse autem proprie rei subsistentis est. nam forma que non subsistit dicitur esse solum. quia ea aliquid est. persona autem vel ypostasis significatur per modum subsistentis. natura autem significatur per modum forme in qua aliquid subsistit. et ideo natiuitas tanquam subiecto proprio nascendi attribuitur persone vel ypostasi non nature. Sed sicut termino attribuitur natiuitas nature. terminus enim generationis et cuiuslibet natiuitatis est forma. natura autem per modum forme significatur unde natiuitas dicitur y in naturam. ut patet per philosophum. ij. phi. terminat ut enim nature intentio ad for-

nam seu naturam speciei. **Ad primum ergo dicendum** qd propter ydempritate que in diuinitate est inter naturam et ypostasim quandoque natura ponitur pro persona vel ypostasi. Et sicut hoc dicit Augustinus naturam diuinam esse conceptam et naturam. quia scilicet persona filij est concepta et nata sicut humanam naturam.

Ad secundum dicendum qd nullus motus seu mutatio denominatur a subiecto quod mouetur sed a termino motus a quo speciem habet. et propter hoc natiuitas non denominatur a persona que nascitur. sed a natura ad quam natiuitas terminatur.

Ad tertium dicendum qd natura proprie loquendo non incipit esse. sed magis persona incipit esse in alia qua natura. quod sicut dictum est natura significatur ut quo aliquid est. persona vero significatur ut que habet esse subsistens.

Ad secundum sic proceditur

Videtur qd christo non sit attribuenda aliqua natiuitas temporalis. Nasci enim est sicut quidam motus rei non existens ad quam agens beneficio natiuitatis agit ut sit. sed christus ab eterno fuit. ergo non potuit temporaliter nasci.

Preterea. Illud quod est in se perfectum natiuitate non indiget. Sed persona filij dei ab eterno fuit perfecta. ergo non indiget temporalis natiuitati. Et ita videtur qd non sit temporaliter natus.

Preterea. natiuitas proprie persone conuenit. sed in christo una est persona. ergo in christo una est natiuitas.

Preterea. quod duabus natiuitatibus nascitur. bis nascitur. sed hoc videtur esse falsum quod bis natus. quia natiuitas eius qua de patre natus est interruptio non patitur cum sit eterna quod in requirit ad hoc aduerbiu bis. ille. n. d. bis currere quod cum interruptio currit. sicut videtur qd in christo non sit conuersa duplex natiuitas.

Rn. sicut dicitur in. ij. li. qd dicitur quod christus duas natiuitates. una que est ex patre eterna. et una que est in ultimo tempore propter nos.

Rn. d. qd sic dicitur est. natura comparata ad natiuitatem sic terminus ad motum vel mutationem. motus autem diuersificatur sicut diuersitate terminorum ut patet per philosophum in. v. phi. In christo autem est duplex natura. quare una accepit ab eterno patre. altera autem accepit temporaliter a matre. et ideo necesse est attribui christo duas natiuitates. una que eternaliter natus est a patre. altera qua temporaliter natus est a matre.

Ad. i. g. d. d. qd hoc fuit obiectio cuiusdam Feliciani heretici. quia Augustinus in li. Feliciani sic soluit. fugiamus inquit sicut plerique volunt esse in mundo aiaz generalem. que sic ineffabili motu seia cuncta viuificet. ut non sit creata cum genitio sicut vita preter ipsa gignedis. Nepe cum hoc in vterum passibile materia ad vltus suos formatura puenerit vnaz facit secum esse personam eius rei quam non eandem consistat habere subiectum et sic oportet animam et patiente materia ex duabus substantijs vnus homo. Sicq; animam nasci fatemur ex vtero. non quia antequam nasceret quantum ad se attinet ipsa personus non fuisset. Sic ergo immo sublimius natus est filius dei sicut hominem. eo pacto qd cum corpore nasci doctus et animus. non est vtriusque sit vna substantia. sicut quod vnaz sit vna persona. non tamen ob hoc incepisse in ino dicitur dei filium. ne temporalem credat aliquis diuinitatem. non ab eterno filij dei nouimus carnem. ne non veritatem humanam. Sed quandam eum suscepisse putemus imaginem.

Ad secundum dicendum. qd hoc fuit ratio Nestorij. quam soluit Cyrillus in quadam epistola. dicens. Non dicimus qd dei filius indiguerit necessario propter se secunda natiuitate post eam que ex patre est. et in infatum et indoctum ex finem ante omnia secula et consempiternum patri indigere dicere in ino ut sit secundo. quia autem

Questio
Ad tertium sic procedit
Ad quartum sic procedit

propter nos et propter nostram salutem unicus sibi secundum substantiam quod est humanum processit ex muliere ob hoc dicitur nasci carnaliter. Ad tertium dicendum quod necessitas est persone ut subiecti. nature autem ut termini. Possibile est autem unum subiecto plures transmutationes inesse quas tamen necesse est secundum terminos variari. Ad tamen non dicimus quasi eterna natiuitas sit transmutatio aut motus. sed quia significatur per modum mutationis aut motus. Ad quartum dicendum quod christus potest dici bis natus secundum duas natiuitates. Sicut enim dicitur bis currere qui currit duobus temporibus. ita potest bis nasci. qui semel nascitur in eternitate et semel in tempore. quia eternitas et tempus multo magis differunt quam duo tempora. cum tamen utrunque designet mensuram durationis.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod secundum temporalem natiuitatem christi beata virgo non possit dici mater eius. Et enim supra dictum est. beata virgo Maria nihil actiue in generatione christi operata est. sed solam materiam ministravit. sed hoc non videtur sufficere ad rationem matris. alioquin lignum diceretur mater lecti aut scamni. ergo videtur quod beata virgo non possit dici mater christi. Preterea. christus ex beata virgine miraculose natus est. sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis vel filiationis. non enim dicimus eam fuisse filiam Ade. ergo videtur quod nec christus debeat dici filius beate virginis. Preterea. ad matrem videtur pertinere desidio seminis. Sed sicut Damascenus dicit in .iij. libro. Corpus christi non seminaliter sed conditiue a spiritu sancto formatum est. ergo videtur quod beata virgo non debeat dici mater christi. Sed contra est quod dicitur Mathei. i. Christi generatio sic erat cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Rñ. dicendum quod beata virgo Maria est vera et naturalis mater christi. Sicut enim supra dictum est. corpus christi non est de celo allatum. sicut Valentinus hereticus posuit. Sed de virgine matre sumptum. et ex purissimis eius sanguinibus formatum. et hoc solus requiritur ad rationem matris. ut ex supradictis patet. Unde beata virgo vere est mater christi. Ad primum ergo dicendum. quod sicut supra dictum est. paternitas seu maternitas et filiationis non competunt in quacumque generatione. sed in sola generatione viuentium. Et ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiat non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis et filiationis. sed solum in generatione viuentium que proprie natiuitas dicitur. Ad secundum dicendum quod sicut dicit Damascenus in .iij. libro. Natiuitas temporalis qua christus natus est propter nostram salutem est quodammodo secundum nos quoniam natus est homo ex matre et tempore conceptionis debito super nos autem quoniam non ex semine. sed ex spiritu sancto et sancta virgine super legem conceptionis. Sic ergo ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis. sed ex parte operationis spiritus sancti fuit miraculosa. unde beata virgo est vera et naturalis mater christi. Ad tertium dicendum. quod sicut supra dictum est. resolutio seminis femine. non pertinet ad necessitatem conceptus. et ideo resolutio seminis non est necessitate requiritur ad matrem.

Ad quartum sic proceditur

Videtur quod beata virgo non debeat dici mater dei. Non enim est dicendum circa diuina mysteria nisi quod ex sacra scriptura habetur. sed nunquam in sacra scriptura legitur quod sit mater aut genitrix dei. sed quod sit mater christi aut mater pueri. ut patet Mathei. i. ergo non est dicendum quod beata virgo sit mater dei. Preterea. Christus dicitur deus secundum diuinam naturam. sed diuina natura non accepit initium essendi ex virgine. ergo beata virgo non est dicenda mater dei. Preterea. Hoc nomen deus communiter predicatur de patre et filio et spiritu sancto. si ergo beata virgo est mater dei videtur sequi quod beata virgo sit mater patris et filii et spiritus sancti quod est inconueniens. Non ergo beata virgo debeat dici mater dei. Sed contra est quod in capitulis Cyrilli approbatis in ephesina synodo legitur. Si quis non confiteretur deum esse secundum veritatem emanuel. et propter hoc dei genitricem sanctam virginem genuit enim carnaliter carnem factam ex deo verbum anathema sit. Rñ. dicendum quod sicut supra dictum est. omne nomen significans in concreto naturam aliquam. potest supponere pro qualibet ypostasi illius nature. Cum autem unio incarnationis sit facta in ypostasi. sicut supra dictum est. manifestum est quod hoc nomen deus potest supponere pro ypostasi habente humanam naturam et diuinam et ideo quicquid conuenit diuine nature et humane potest attribui illi persone siue secundum quod per ea supponit nomen significans diuinam naturam. siue secundum quod per ea supponit nomen significans humanam naturam. Concipi autem et nasci persone attribuitur et ypostasi secundum naturam illam in qua concipitur et nascitur. Cum ergo in ipso principio conceptionis fuerit natura humana assumpta a diuina persona. sicut predictum est. consequens est quod vere possit dici deum esse conceptum et natum de virgine. Ex hoc autem aliqua mulier dicitur alicuius mater quod eum concepit et genuit. Unde consequens est quod beata virgo vere dicatur mater dei. Solum enim sic negari posset beatam virginem esse matrem dei. si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni et natiuitati quam homo ille fuisset filius dei sicut formus posuit. vel quod humanitas non fuisset assumpta in unitate persone vel ypostasis verbi dei sicut posuit Nestorius. utrunque autem horum est erroneum. Unde hereticum est negare beatam virginem esse matrem dei. Ad primum ergo dicendum. quod hec fuit obiectio Nestorii. que quidem soluitur ex hoc. quod licet non inueniatur expresse in scriptura dicitur quod beata virgo sit mater dei. inuenitur tamen expresse in scriptura quod iesus christus est verus deus. ut patet Iohannis .vi. et quod beata virgo est mater iesu christi. ut patet Mathei. i. Unde sequitur ex natiuitate et ex verbis scripture quod sit mater dei. Dicitur etiam ad Roma. .ix. quod ex iudeis est secundum carnem christus qui est super omnia deus benedictus in secula. non autem est ex iudeis nisi mediante beata virgine. unde ille qui est super omnia deus benedictus in secula est vere natus ex beata virgine sicut ex sua matre. Ad secundum dicendum quod illa est obiectio Nestorii. sed Cyrillus in quadam epistola contra Nestorium eam soluit sic dicens. Sicut omnis anima cum proprio corpore nascitur. et tanquam unum reputatur. et si voluerit dicere quispiam. quia est genitrix carnis non tamen anime genitrix. minus superflue loquitur. tale aliquid gestum percepimus in ipsi generatione. natus est. et ex dei patris substantia dei verbum. quod vero carne assumpsit necesse est confiteri. quod natus est secundum carnem ex muliere. Dicendum est ergo quod beata virgo dicitur mater dei. non quod sit mater diuinitatis. sed quod persone beate diuinitate et beata

dicto berodis regis. ergo videt q non fuerit congruo tem-
 pore natus. **P**re. tempus presentie christi in mundo
 diei comparatur propter illud quod ipse est lux mundi.
 Unde ipse dicit Jo. ix. me oportet operari opera eius qui
 misit me donec dies est. sed in estate sunt dies longiores
 q in byeme. ergo cum natus fuerit in profundo byemis
 vij. kalas Januarij. videtur q no fuerit convenienti tempo-
 re natus. **S**ed contra est quod dicit ad Gal. iij. Cum
 venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum
 ex muliere factum sub lege. **R**ñ. dicendum q hoc est
 differentia inter christum et alios homines. q alij homines
 nascuntur subiecti natiuitati temporis. xps autem tanq
 dominus et conditor omnium temporum elegit sibi tempus
 in quo nasceretur sicut et matrem et locum. et quia que a deo
 sunt ordinata sunt et convenienter disposita. consequens
 est q convenientissimo tempore christus nasceretur.
Ad. i. ergo ddm q christus venerat nos in statum liberta-
 tis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatez
 nostram suscepit vt nos ad vitam reduceret. ita vt Beda
 dicit. eo tempore dignatus est incarnari quo mox nar-
 ce su cesaris ascriberetur atq ab omni liberaret et ipse ser-
 uino subderetur. tempore etiã illo quo totus orbis sub vno
 principe vivebat maxima pax fuit in mundo. Et ideo de-
 cebat vt illo tempore christus nasceretur qui est pax nostra fa-
 ciens vtracq vnum. vt dicitur ad Ephe. ij. **U**nde Hiero.
 dicit super Esa. **V**eteres reuoluamus bystorias et inueni-
 emus vsq ad. xxvij. an nrm cesaris Augusti in toto orbe
 terrarum fuisse discordiam ortaz. orzo aut domino omnia
 bella cessauerunt. fm illud Esa. ij. Non leuabit gens con-
 tra gentem gladium. congruebat etiã vt illo tempore quo vn-
 princeps dn abaf in mundo xps nasceretur qui venerat
 suos congregare in vnum vt esset vnum ouile et vnus pa-
 stor. vt dicit Jo. x. **A**d. ij. dicendum q christus regis ali-
 enigene tempore nasci voluit vt impleteret propheta iacob
 dicentis Gen. xl. Non auferetur ceptum de iuda et dux
 de femore eius. donec veniat qui mittendus est. q vt di-
 cit Chryso. super Matb. quamdiu iudaica gens sub iu-
 daicis regibz quamuis peccatoribus tenebatur prophete
 mittebantur ad remedium eius. nunc autem quando lex
 dei sub potestate regis iniqui tenebat nascitur xps. qz ma-
 gna et desperabilis infirmitas medicum artificiosum req-
 rebat. **A**d. iij. ddm q sicut dicitur in li. de questionibz
 no. et ve. test. tunc christus nasci voluit qñ lux diei cremen-
 tum inciperet accipere. vt ostenderetur q ipse venerat. vt
 homines cresceret in lucem diuinam. fm illud Luce. i.
Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedet.
Similiter etiam asperitatem byemis accepit sine elegit
 ad natiuitatem. vt ex tunc carnis afflictionem pateretur
 pro nobis.

Questio XXXVI

Deinde considerandū
 est de manifestatione xpi nati. Et circa hoc q
 runtur octo. Primo vtrum natiuitas christi
 fuit debuerit esse omnibus manifesta. Secundo vtrum de-
 buerit aliquibus manifestari. Tertio quibz manifestari
 debuerit. Quarto vtz ipse se debuerit manifestare vt po-
 tuisset manifestari p alios. Quinto p que alia manifestari de-
 buerit. Sexto de ordine manifestationum. Septimo de
 stella p quam manifestata fuit eius natiuitas. Octa quo d

eneratione magorum qui per stellam natiuitatem christi
 si cognouerunt.

Ad primum sic pceditur

Videtur q xpi natiuitas debuerit oibus esse manifesta.
 impletio eni debet pmissione rñdere. sed de pmissione ad-
 uentus xpi dicitur in ps. deus manifeste veniet. venit aut
 p carnis natiuitatem. ergo videt q eius natiuitas debu-
 it esse toti mundo manifesta. **P**re. i. ad Tim. i. di-
 citur q xps in hunc mundum venit peccatores saluos fa-
 cere. sed hoc non fit nisi inqrum gratia xpi eis manifesta-
 tur. fm illud ad Titum. ij. Apparuit gratia saluatoris di-
 nostri oibus hominibus. erudiens nos vt abnegantes i-
 pietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie viuamus
 in hoc seculo. ergo videtur q christi natiuitas debuerit o-
 bus esse manifesta. **P**re. deus super omnia promoz
 est ad miserendum. fm illud ps. Miserationes eius sup oia
 opa eius. sed in seculo aduentu quo iustitia iudicabit veni-
 et omnibz manifestus. fm illud Matb. xxij. sicut ful-
 gur exit ab oriente et paret vsq in occidentem. ita erit ad-
 uentus filij hois. q multo magis primus aduentus quo natus
 est in mundo fm carnem debuit oibus esse manifestus.

Sed contra est qd dicitur Esa. xlv. Tu es deus absco-
 ditus scilicet isrl saluator. Et Esa. liij. quasi absconditus est
 vultus eius et despectus. **R**ñ. ddm q natiuitas xpi no
 debuit oibus communiter esse manifesta. Primo quide
 qz per hoc impedita fuisset humana redemptio. que p cru-
 cem eius facta est. qz vt dicit. i. ad Cor. ij. si cognouis-
 sent nunq dñm glorie crucifixissent. Secdo qz hoc dimi-
 nuisset meritum fidei p qua venerat homines iustificare.
 fm illud ad Roma. ij. Iustitia dei p fidem Iesu christi
 si eni manifestis indicijs xpo nascente eius natiuitas o-
 bus appareret iam tolletur ratio fidei que est argum-
 tum non apparentium vt dicitur ad Hebre. xi. Tertio
 quia per hoc venisset in dubium veritas humanitatis ip-
 sius. unde dicit Augu. in epla ad volusianum. si nullas
 ex paruulo in iuuentutem mutaret etates. nullos cibos
 nullos caperet somnos. nonne opinionem cõfirmaret er-
 roris nec hominẽ verum nullo modo suscepisse credere
 et dum oia mirabiliter facit auferret qd fecit misericorditer.
Ad. i. ergo ddm q auctoritas illa intelligitur ad
 uentum xpi ad iudicium. fm q glosa ibidez exponit. **A**d
 secundum dicendum q de gratia dei saluatoris erudien-
 di erant oes homines ad salutem. non in principio nati-
 uitatis eius sed postea tempore procedente postiqz opera-
 tus est salutem in medio terre. vnde post passionem et res-
 surrectione suam dixit discipulis. Mat. vi. Euntes docete
 te oes gentes. **A**d. iij. ddm q ad iudicium requirit q
 auctoritas iudicis cognoscat. et ppter hoc oportet q adue-
 tus xpi ad iudicium sit manifestus. sed primus aduentus
 fuit ad oim salutem que est p fidem. que quide est de no ap-
 parentibz. Et id aduentus xpi primus debuit esse occultus

Ad secundum sic pceditur

Videtur q natiuitas christi nulli debuerit manifestari.
 Quia vt dictum est. hoc erat congruum humane saluti.
 vt primus aduentus christi esset occultus. sed christus
 venerat vt omnes saluaret. fm illud prima Tim. iij.
Qui est saluator omnium hominum. maxime fidelium.
 q natiuitas xpi nulli debuit manifestari. **P**re an nati-
 uitatem christi manifestata erat beate virginis et Joseph

Questio
 dicitur in ps. deus manifeste veniet. venit aut
 p carnis natiuitatem. ergo videt q eius natiuitas debu-
 it esse toti mundo manifesta. **P**re. i. ad Tim. i. di-
 citur q xps in hunc mundum venit peccatores saluos fa-
 cere. sed hoc non fit nisi inqrum gratia xpi eis manifesta-
 tur. fm illud ad Titum. ij. Apparuit gratia saluatoris di-
 nostri oibus hominibus. erudiens nos vt abnegantes i-
 pietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie viuamus
 in hoc seculo. ergo videtur q christi natiuitas debuerit o-
 bus esse manifesta. **P**re. deus super omnia promoz
 est ad miserendum. fm illud ps. Miserationes eius sup oia
 opa eius. sed in seculo aduentu quo iustitia iudicabit veni-
 et omnibz manifestus. fm illud Matb. xxij. sicut ful-
 gur exit ab oriente et paret vsq in occidentem. ita erit ad-
 uentus filij hois. q multo magis primus aduentus quo natus
 est in mundo fm carnem debuit oibus esse manifestus.
Sed contra est qd dicitur Esa. xlv. Tu es deus absco-
 ditus scilicet isrl saluator. Et Esa. liij. quasi absconditus est
 vultus eius et despectus. **R**ñ. ddm q natiuitas xpi no
 debuit oibus communiter esse manifesta. Primo quide
 qz per hoc impedita fuisset humana redemptio. que p cru-
 cem eius facta est. qz vt dicit. i. ad Cor. ij. si cognouis-
 sent nunq dñm glorie crucifixissent. Secdo qz hoc dimi-
 nuisset meritum fidei p qua venerat homines iustificare.
 fm illud ad Roma. ij. Iustitia dei p fidem Iesu christi
 si eni manifestis indicijs xpo nascente eius natiuitas o-
 bus appareret iam tolletur ratio fidei que est argum-
 tum non apparentium vt dicitur ad Hebre. xi. Tertio
 quia per hoc venisset in dubium veritas humanitatis ip-
 sius. unde dicit Augu. in epla ad volusianum. si nullas
 ex paruulo in iuuentutem mutaret etates. nullos cibos
 nullos caperet somnos. nonne opinionem cõfirmaret er-
 roris nec hominẽ verum nullo modo suscepisse credere
 et dum oia mirabiliter facit auferret qd fecit misericorditer.
Ad. i. ergo ddm q auctoritas illa intelligitur ad
 uentum xpi ad iudicium. fm q glosa ibidez exponit. **A**d
 secundum dicendum q de gratia dei saluatoris erudien-
 di erant oes homines ad salutem. non in principio nati-
 uitatis eius sed postea tempore procedente postiqz opera-
 tus est salutem in medio terre. vnde post passionem et res-
 surrectione suam dixit discipulis. Mat. vi. Euntes docete
 te oes gentes. **A**d. iij. ddm q ad iudicium requirit q
 auctoritas iudicis cognoscat. et ppter hoc oportet q adue-
 tus xpi ad iudicium sit manifestus. sed primus aduentus
 fuit ad oim salutem que est p fidem. que quide est de no ap-
 parentibz. Et id aduentus xpi primus debuit esse occultus

futura christi natiuitas. non ergo erat necessarium christo nato eandem alijs manifestari. **P**reterea nullus sapiens manifestat id ex quo turbatio nascitur et terrum tum aliorum. sed manifestata christi natiuitate subsequuta est turbatio. dicitur enim **M**atth. ij. Audiens rex herodes christi natiuitate turbatus est. et omnis hierosolima cum illo. cessit etiam hoc in terrum tum aliorum. quia ex hac occasione herodes occidit pueros in bethleem. et in finibus eius. a bimarum et infra. ergo videtur quod non fuit conueniens natiuitatem christi aliquibus manifestari. **S**ed contra est quod christi natiuitas nulli fuisse proficua si omnibus esset occulta. sed oportebat christi natiuitatem esse proficua aliquibus. si frustra natus fuisset. ergo videtur quod aliquibus manifestari debuerit christi natiuitas. **R**espondeo dicendum quod sicut dicit **A**plos ad **R**oma. xij. que a deo sunt ordinata sunt. pertinet autem ad diuine sapientie ordinem ut dei dona et secreta sapientie eius non equaliter ad omnes. sed immoderate ad quosdam pueniant. et per eos ad alios diuidentur unde et quantum ad hoc resurrectionis mysterium. dicit **A**ct. iij. quod deus dedit christum resurgentem manifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo. **U**nde hoc etiam debuit circa ipsius natiuitatem obseruari ut non omnibus manifestaret sed quibusdam per quos posset ad alios deuenire. **A**d. i. ergo videtur quod sicut fuisset in iudicium humane salutis si omnibus hominibus dei natiuitas innotuisset. ita etiam si nulli nota fuisset. utroque enim modo tollit fides. nam. s. per hoc quod aliquid est totaliter manifestum. quia etiam per hoc quod a nullo cognoscitur a quo possit testimonium audiri. si deus enim est ex auditu. ut patet ad **R**oma. x. **A**d. ij. videtur quod **M**aria et **I**oseph insituerunt christum natiuitate antequam nasceret. quod ad eos pertinebat reuerentiam habere pro his concepte in utero. et obsequi nasciture. eorum autem testimonium propter hoc quod erat domesticum fuisset habitum respectum circa magnificentiam christi. et ideo oportuit ut alijs manifestaret extraneis. quorum testimonium suspectum esse non posset. **A**d. iij. videtur quod ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate christi manifestata. cognebat christi natiuitati. **P**rimo quidem quod per hoc manifestat celestis christi dignitas. unde **E**xeg. dicit in omel. Rege celi nato rex terre turbatur. quod nimirum terrena alitudo confunditur. cum celestis aperitur. **S**ecundo quia per hoc figurabatur iudicatura christi potestas. unde dicit **A**ugu. in quodam sermone epiphane. quid erit tribunal iudicantis quando super eos reges curia terrebat infantis. **T**ertio quia per hoc figurabatur electio regni diaboli quia ut **L**eo papa dicit in sermone epiphane. non tantum herodes in semetipso turbatur quantum diabolus in herode. herodes enim hominem effugabat. sed diabolus deum et vterique regni sui successores timebat diabolus celestem sed herodes terrenum. super hoc tamen quia christus non venerat regnum terrenum in terra habere ut **L**eo papa dicit herodi loquens. Non capis christum regna tua potestas nec mundi diis tui sceptri est contentus angustis. **Q**uod autem iudei turbantur qui tamen magis gaudere debuerant. aut hoc est. quia ut **C**hrystostomus dicit de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui. aut volentes fauere herodi quem timebant. populus enim plus iusto fauet eis quos crudeles sustinet. **Q**uod autem pueros qui ab herode sunt interfecti non cessit in eorum terrum tum sed in eorum profectum. dicit enim **A**ugustinus. in quodam sermone de epiphania. absit ut ad liberandos homines christus veniens de illozum premio qui pro eo interficerentur nihil egerit. qui pendens in ligno pro

eis a quibus interficiebantur orauit.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod non sint conuenienter electi illi quibus est christi natiuitas manifestata. **D**ominus enim **M**atth. x. mandauit discipulis in viam gentium ne abieritis ut scilicet prius manifestaretur iudeis quam gentilibus. ergo videtur quod multo minus a principio fuerit reuelanda christi natiuitas gentilibus. qui ab oriente venerunt. ut habetur **M**atth. ij. **P**re. manifestatio diuine veritatis precipue debet fieri ad dei amicos. sicut illud **J**ob. xxvi. Annunciat de ea amico suo. sed magi videtur esse dei inimici. dicitur enim **L**eu. xix. Non declinetis ad magos. nec ab ariolis sci sciremini. non ergo debuit christi natiuitas magis manifestari. **P**re. christus venerat totum mundum a potestate diaboli liberare. unde dicitur **M**alach. p. ab ortu solis usque ad occasum in agnum est nomen meum in gentibus. non ergo solum in oriente positis debuit manifestari sed etiam vbiq; terrarum debuit aliquibus manifestari. **P**re. omnia sacramenta veteris legis erant christi figura. sed sacramenta veteris legis dispensabatur per ministerium sacerdotum legalium. ergo videtur quod magis debuerit christi natiuitas manifestari sacerdotibus in templo quam pastoribus in agro. **P**re. christus ex virgine matre natus est. etate paruulus erat. conuenientius ergo fuisse videtur quod christus manifestaretur iuuenibus quam coniugatis senibus vel viduis sicut **S**imeoni et anne. **S**ed contra est quod **J**o. xij. dicitur. Ego scio quos elegerim que autem sunt sicut dei sapientiam conuenienter sunt. ergo conuenienter sunt electi illi quibus est manifestata christi natiuitas. **R**espondeo dicendum quod salus que erat futura per christum ad omnium diuersitatem hominum pertinebat. quia sicut dicitur ad **C**ollo. ij. in christo non est masculus et femina. gentilis et iudeus. seruus et liber. et sic de alijs huiusmodi. et ut in ipsa christi natiuitate prefiguraretur omnibus conditionibus hominum est manifestata quia ut **A**ugu. dicit in sermone de epiphania. Pastores erant israelite. magi gentiles. isti prope. isti longe. vtriq; tanquam ad angularem lapidem cucurrerunt. fuit etiam inter eos alia diuersitas. nam magi fuerunt sapientes et potentes. pastores autem simplices et viles. manifestatus est etiam iustus **S**imeoni et **A**nne. et peccatoribus scilicet magis. manifestatus est etiam viris et mulieribus scilicet **A**nne. ut per hoc ostenderetur nullam conditionem hominum excludi a christi salute. **A**d primum ergo dicendum quod illa manifestatio natiuitatis christi fuit quedam prelibatio plene manifestationis que erat futura. **E**t sicut in secunda manifestatione. primo annunciata est gratia christi per christum et eius apostolos iudeis et postea gentilibus. ita ad christum primo perueniunt pastores qui erant primitie iudeorum tanquam prope existentes. et postea venerunt magi a remons. qui fuerunt primitie gentium. ut **A**ugustinus dicit. **A**d secundum dicendum quod sicut dicit **A**ugustinus in sermone de epiphania. Sicut preualet imperitia in rusticitate pastorum. ita preualet impietas in sacrilegij magorum vtrisque tamen sibi ille lapis angularis attribuit. quippe qui venit stultia eligere ut confunderet sapientes. et non vocare iustos sed peccatores. ut nullus magnus upbiret. nullus infirmus desperet. **Q**uidam tamen dicunt quod isti magi non fuerunt malefici sed sapientes astrologi. qui apud peras et caldeos magi vocantur. **A**d tertium

dicendum quod sicut dicit Chrysostomus, ab oriente venerunt magi, quia unde dicitur nascitur inde initium fidei processit, quia fides lumen est animarum, vel quia omnes qui ad Christum veniunt ab ipso et per ipsum veniunt, unde dicitur Zacharia, Ecce vir oriens nomen eius. Dicuntur autem magi oriente ad litteram venisse, vel quia de ultimis orientis partibus venerunt secundum quosdam, vel quod de aliquibus vicinis partibus iudee venerunt, que tamen sunt regiones iudeorum ad orientem. Credibile tamen est etiam in alijs partibus mundi aliqua indicia natiuitatis christi apparuisse, sicut Rome fluxit oleum, et in Hispania apparuerunt tres soles paulatim in unum coeuntes. Ad. iij. dicitur quod sicut Chrysostomus dicit, angelus manifestans Christi natiuitatem non iuit hierosolimam, non requisit scribas et pharisaeos, erant enim corrupti ut per inuidiam cruciarentur, sed pastores erant sancti, antiqua conversationem patriarcharum et moysen colentes. Per hos etiam pastores significabantur doctores ecclesie, quibus Christi mysteria reuelabantur, que latebant iudeos. Ad. v. dicitur quod sicut dicit Ambrosius, generatio domini non solum a pastore sed etiam a senioribus et iustis accipere debuit testimonium, quorum etiam testimonio propter iustitiam magis credebatur.

Ad quartum sic procedit

Uideatur quod Christus per seipsum suam natiuitatem debuerit manifestare, causa enim que est per se semper prior est causa que est per aliud, ut dicitur in viij. phis. sed christus suam natiuitatem manifestauit per alios, puta pastores per angelos, et magi per stellam, ergo multo magis per seipsum debuit suam natiuitatem manifestare. Preterea Eccl. x. dicitur, Sapientia abscondita et thesaurus inuisus que vilitas in vultu eius, Christus a principio sine conceptionis plene habuit sapientiam et gratiam thesaurum, nisi ergo hanc plenitudinem manifestasset per verba et opera fuisset frustra ei data sapientia et gratia, quod est inconueniens, quia deus et natura nihil faciunt frustra, ut dicitur in i. de ce. et mun. Preterea in li. de infantia saluatoris legitur, quod christus in sua pueritia multa mirabilia fecit et ita videtur quod suam natiuitatem per seipsum manifestauerit. Sed contra est quod Leo papa dicit quod magi inueniunt puerum Iesum, nulla ab infantie bene mane generalitate discretum, sed alij infantes non manifestant seipsum, ergo neque deuit quod Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret. Respondeo, dicitur quod natiuitas Christi ad humanam salutem ordinabitur quod quidem est per fidem, fides autem salutatis diuinitatem et humanitatem Christi confiteretur, oportebat ergo ita manifestari natiuitatem Christi ut demonstratio diuinitatis eius fidei humanitatis ipsius non preiudicaret, hoc autem factum est dum Christus in seipso similitudinem infirmitatis humane exhibuit, et tamen per dei creaturas diuinitatis virtutem in se monstrauit. Et ideo Christus non per seipsum suam natiuitatem manifestauit, sed per quasdam alias creaturas. Ad. i. ergo dicitur quod in via generationis et mortis oportet per imperfecta ad perfectum venire, et ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas, et postea manifestauit se per seipsum, manifestatione perfecta. Ad. ij. dicitur quod licet sapientia abscondita in uultu sit, non tamen ad sapientem pertinet ut quolibet tempore manifestet seipsum, sed tempore congruo dicitur enim Eccl. x. est tacens non habens sensum loquere et est tacens sciens tempus apti temporis. Sic ergo sapientia Christo data non fuit in uultu, quia seipsam tempore congruo manifestauit, et hoc ipsum quia tempore absconditur est sapientie inditum. Ad. iij. dicendum quod licet

bet ille dicitur infantia saluatoris est apocryfus, et Chrysostomus super Iohannem dicit quod Christus non fecit miracula antequam conuerteret ad quam in uinum, secundum illud quod dicitur Iohann. ij. hoc fecit initium signorum Iesus, si enim secundum primam etatem miracula fecisset non indignissent israhelites alio manifestante ipsum cum tamen Iohannes baptista dicitur Iohann. i. ut manifestet israhel, propterea ueni in aqua baptisans, Deceter autem non incepit facere signa in prima etate, estimassent enim fantasma esse incarnationem, et ante oportunitatem tempus eius cruci tradidissent.

Ad quintum sic procedit

Uideatur quod non debuerit manifestari per angelos Christi natiuitas, Angeli enim sunt spirituales substantie, secundum illud per. q. facit angelos suos spiritus, sed Christi natiuitas erat secundum carnem non autem secundum spiritalem eius substantiam, ergo non debuit manifestari per angelos. Preterea maior est affinitas iustorum ad angelos quam ad quoscunque alios, secundum illud per. iij. mittit angelos domini in circuitu timendum eum et eripiet eos, sed iustus, scilicet Simeoni et Anne non est manifestata Christi natiuitas per angelos, ergo nec pastores per angelos manifestari debuit. Preterea, uidetur quod nec magis debuit manifestari per stellam, hoc enim uidetur esse erroris occasio quod ad illos qui estimant sidera natiuitatibus hominum dominari, sed occasione peccandi sunt hominibus auferende, non ergo fuit conueniens quod per stellam Christi natiuitas manifestaretur.

Preterea, signum oportet esse certum ad hoc quod per ipsum aliquid manifestetur, sed stella non uidetur esse certum signum natiuitatis Christi, ergo inconuenienter fuit Christi natiuitas per stellam manifestata. Sed contra est quod dicitur Deuter. xxxij. Dei perfecta sunt opera, sed talis manifestatio fuit opus diuini, ergo per conuenientia signa fuit effecta.

Respondeo, dicendum quod sicut manifestatio sigilifica fit per ea que sunt magis nota ei cui est aliquid manifestandum, ita manifestatio que fit per signum debet fieri per ea que sunt familiaria illis quibus manifestatur, manifestum est autem quod uiris iustus est familiare et consuetum interiori spiritui sancti edoceri instinctu absque signorum sensibilibus demonstratione, scilicet per spiritum prophetie, alij uero corporalibus rebus uediti per sensibilia ad intelligibilia deducuntur, in dei tamen consueti erant diuina responsa per angelos accipere per quos etiam legem acceperant, secundum illud Act. vij. Accepistis legem in dispositione angelorum, Gentiles uero et maxime astrologi consueti sunt stellarum cursus aspiceret, Et ideo iustus, scilicet Simeoni et Anne manifestata est Christi natiuitas per interiorum instinctum spiritui sancti, secundum illud Luce. ij. Respondit accepit a spiritu sancto Simeon, non uisurum se mortem nisi prius uideret christum, domini pastores autem et magis tanquam rebus corporalibus ueditis manifestata est christi natiuitas per apparitiones uisibiles, Et quia natiuitas non erat pure terrena sed quodam modo celestis, ideo per signa celestia uirisque natiuitas christi reuelatur, ut enim Augustinus dicit in sermone de epiphania celos angeli habitant et sidera ornant, ubique ergo teli enarrant gloriam dei. Rationabiliter autem pastores tanquam iudeis, apud quos frequenter facte sunt apparitiones angelorum reuelata est natiuitas christi per angelos, magis autem affluens in consideratione celestium corporum manifestata est per signum stelle, quia ut Chrysostomus dicit, per consuetudinem eos dominus uocare uoluit eis condescendens, Est autem et alia ratio, quia ut dicit beatus Gregorius, Iudeis tanquam ratione preteritis rationale animal, id est, angelus predicare

debut. gentes vero qui vti rone nesciebant ad cognoscē
 dum deum non p vocem. sed per signa pducuntur & sicut
 dñm iam loquentē annunciauerūt genibz predicatorēs
 loquentes. ita eum nondñ loquentem elementa muta p
 dicauerunt. Est aut̄ & alia rō. qz vt dicit Aug. in s̄mone
 ephie abrae innumerabilis erat promissa generanda. & ideo stella
 tum multitudini est cōparata vt celestis pgenies spera
 retur. & ideo gentiles in sideribus designati. ortu noui s̄
 deris excitantur. vt pueniant ad xpm per quem efficiunt̄
 semen abrae. Ad. i. ergo ddm. q̄ illud manifestatione
 indiget quod de se est occultum. non aut̄ illud quod de se
 est manifestum. caro aut̄ eius qui nascebatur erat mani
 festa sed diuinitas erat occulta. & ideo conuenienter ma
 nifestata est illa natiuitas p angelos qui sunt dei ministri
 vnde & cum claritate angelus apparuit. vt ostenderetur q̄
 ille qui nascebatur. erat splendor paterne glorie. Ad.
 ij. ddm q̄ iusti non indigebant visibili apparitione ange
 loz. sed eis sufficiebat interior instinctus spūs sancti ppter
 eorum pfectionem. Ad. iij. ddm q̄ stella que natiuita
 tem xpi manifestauit. omnem occasione erroris subtraxit
 vt enī Aug. dicit contra fau s̄tum. nulli astrologi consti
 tuunt ita nascentium hoīz fata sub stellis. vt aliqua stel
 larum hoīe aliquo nato. circuitus sui ordinem reliquise
 & ad eū qui natus est prexisse assererent. sicut accidit. cir
 ca stellam que demonstrauit natiuitatem xpi. & ideo per
 hoc non confirmat̄ error eoz qui sortem nascentium hoīz
 astroz ordini colligari arbitrant̄. non aut̄ credunt ordinē
 astroz ad hominis natiuitatem posse mutari. Similiter
 etiā vt Ariso. dicit. non est hoc astronomie opus. a stellis
 scire eos qui nascuntur. sed ab hora natiuitatis futura p
 dicere. Magi aut̄ rpus natiuitatis non cognouerunt vt
 hinc sumentes initium aut stellaz motu futura cogno
 scant. sed potius econuerso. Ad. iij. ddm. q̄ sicut Cri.
 refert in quibusdam scriptis apocritis legitur. quedā gens
 in extremo orientis iuxta oceanum. quandam scripturā
 habebat ex nomine sepp. de hac stella & muneribus eius
 hmoi offerendis que gens diligenter obseruabat huius
 stelle exortum. positis exploratoribus duodeci. qui certis
 temporibus de nocte ascendebant in montem in quo post
 modum viderunt stellam habentem in se quasi paruuli
 formam. & super se similitudinem crucis. Vel dicendū q̄
 sicut dicitur in li. questionum no. & ve. testa. magi illi. tra
 ditionem balaam sequebantur qui dixit. orietur stella ex
 Jacob. & c. vnde videntes stellam extra ordinem mundi
 hanc esse intellexerunt. quam balaam futuram indicez re
 gis iudeozum p̄p̄terauerat. Vel dicendum q̄ sicut di
 cit Aug. in sermone de ephā q̄ ab angelis aliqua moni
 tione reuelationis audierunt magi q̄ stella christum na
 tum significaret. Et probabile videtur q̄ a bonis quan
 do in christo ad orando salus eozum iam querebatur. Vel
 sicut Leo papa dicit in sermone de Epi. p̄ter illam spe
 ciem que corpoz incitauit obrutuz fulgentior veritatis ra
 dius eozum corda perducit. q̄ ad illuminationem fides
 pertinebat.

Ad sextum sic proceditur

Vides q̄ inconuenienti ordine xpi natiuitas fuit mani
 festata. illis enī deum primo manifestari xpi natiuitas
 qui xpo p̄p̄inquoies fuerūt. & qui magis xpm desidera
 bant. s̄m illud Sap. vi. preoccupat eos qui se occupant
 vt se priorem illis ostēdat. sed iusti p̄p̄inquoissimi erāt xpo

per fidem. & maxime eius aduentum desiderabant. vnde
 dicit Lu. ij. de symeone q̄ erat homo iustus & iunioratus
 expectans redemptionē israel. ergo prius debuit ma
 nifestari xpi natiuitas symeoni q̄ pastoribus & magis.
 Pre. magi fuerunt primitie gentium. xpo credi uerū
 sed primo plenitudo gentium intrat ad fidem. & post mo
 dum omnis israel saluus fiet. vt dicit ad Ro. xi. g. primo
 debuit manifestari xpi natiuitas magis q̄ pastoribus.
 Pre. Mat. ij. dicitur q̄ herodes occidit omnes p̄uetos
 qui erant in bethleem & in omnibz finibus eius. a bima
 tu & infra. scdm rps quod exquirit a magis. & sic videtur
 q̄ per duos annos. i. xpi natiuitatem magi ad xpm per
 uenerunt. inconuenienter ergo post tm̄ tempus. fuit xpi
 natiuitas gentilibus manifestata. Sed contra est qd
 dicitur Daniel. ij. rpe mutat. rpa & etates. & ita rps manife
 stationis natiuitatis xpi videtur congruo ordine esse di
noz. Pre. Christus nō legisset docuisse vel miracula fecisse ante baptisimum. sed valius fuisset mundo si pluri tpe docisset incipiens a vicefimo anno vel etiam p̄ri. q̄ videt q̄ christus qui p̄ vtilitate hoim venerat an̄ tricesimum annum debuerat baptizari. Pre. Iudicium sap̄ pietie diuinitus infuse maxime debuit manifestari in xpo. Est autē manifestatū in Daniele tpe sue puericie. p̄m illō. Daniel. xij. Suscitauit dñs spiritum sanctum pueri iuuenioris. cui nomen Daniel. q̄ multo magis christus i sua puericia debuit baptizari vel docere. Pre. Baptisim⁹ iohannis ordinat⁹ ad baptisimum xpi sicut ad finem. s̄ finis est p̄oz intentione. et postremum executione. q̄ debuit primus baptizari a iohanne vel vltim⁹. Sed s̄ est qd̄ d̄ Luce. ij. Factum est cū baptizaret omnis p̄pla et ielu baptizato et orante. et infra et ipse iesus erat incipiens quasi annoz. xxx. Rñ. v̄d̄. q̄ christus pueniens fuit in tricesimo anno baptizatus. Primo quidem q̄ chali⁹ baptisabat quali ex tunc incipiens docere et predicare. ad qd̄ requirit perfecta etas qualis est triginta annozum. vnde et Gen. xli. Legit q̄ xxx. annoz erat Joseph qñ suscepit regnum egypti. similiter etiā. ij. regum xpo legit de Dauid q̄ xxx. annoz erat cum regnare cepisset. Ezechiel etiā in anno tricesimo cepit p̄phetizare. vt habet Ezechiel. i. Secundo q̄ sicut Chryso. dicit super Mattheum. futurū erat vt post baptisimuz christi lex cessare inciperet. et ideo hac etate christus ad baptisimum venit. qui potest omnia peccata suscipere. vt lege seruata nullus dicat q̄ ideo eā soluit q̄ implete non potuit. Tertio q̄ per hoc q̄ christus in etate perfecta baptisatus datur intelligi q̄ baptisim⁹ parat viros perfectos. p̄m illud ad Ep̄t. iij. Donec occurreramus in vnitare fidei et agnitionis filij dei in vitam p̄fectam. in mensura etatis plenitudinis christi. Vnde et ipsa p̄prietas numeri ad hoc pertinere videtur. consurgit enim ternarius numerus ex conductu ternarij in denariū. per ternarium autem intelligit fides trinitatis. per denarium autem impletio mandatorum. et in his duobus perfectio vite christiane consistit. Ad primum ergo dicendum q̄ sicut dicit Grego. nasansenus christus non ē baptisatus quasi indigeret p̄gatione. nec aliquid illi immineret periculum differendo baptisimū. sed cui vis alij non in paruum redundat periculum si exeat ex hac vita non indurus veste incorruptionis scilicet gratia. et licet bonum sit post baptisimum mundiciam custodire potius tamen est vt ipse dicit. interdum paulisper maculari quam gratia omnino carere. Ad secundum dicendum q̄ vtilitas que a christo p̄uenit hominibus p̄cipue est p̄ firmitatem et humilitatem. ad quozum vtrunq̄ pertinet quod christus non in puericia vel adolescentia cepit docere. sed in perfecta etate. Ad fidem quidem quia per hoc ostenditur in eo vera humanitas. q̄ per temporum incrementa corporaliter profecit. et ne huiusmodi profectus putaretur esse fantasticus. noluit sapieniam suam et virtutem manifestare ante perfectam corporis etatem. Ad humilitatem vero ne ante perfectam etatē aliquis presumptuose p̄lationis gradum et docendi officiu assumat. Ad tertium dicenduz q̄ christus p̄ponebatur hominibus in exemplum omnium. et ideo oportuit in eo ostendi id quod comperit omnibus p̄m legem communem. vt scilicet in etate perfecta doceret. Sed sicut Grego. nasansenus dicit. Non est lex ecclesie q̄ raro p̄tingit. sicut nec vna vruntio ver facit. aliquibus enī ex quadā sp̄ali dispensatione p̄m diuine sapie rōnem concessu. est p̄ter legem p̄munem. Ab s.

ut an pfectam etatem officium vel presidendi vel docē
di haberent. sicut salomon daniel. et Hieremias. Ad
iij. dd. q. christus nec primus nec ultimus debuit a Jo
hanne baptizari q. ut dicit Chryso. sup. Mattheū. Chri
stus ad hoc baptizari ut pfirmaret predicationem et bap
tismum iohannis. et ut testimonium acciperet a iohanne.
non autem creditū fuisse testimonio iohannis nisi post q.
fuerunt multi baptizati ab ipso. et ideo non debuit primus
a iohanne baptizari. Similiter nec ultimus. q. sicut ipse
videt subdit sic lux solis non expectat occasum luciferi s.
eo procedente egredis. et suo lumine obscurat illius cādo
rem. sic et christus non expectauit ut cursum suum iohann
nes impleteret sed ad huc eo docente et baptizante appuit.

Ad quartum sic procedit

Vide q. christus nō debuerit baptizari in iordane. Ue
ritas enim debet respondere figure. sed baptismum figur
ta pcessit in transitu maris rubri. ubi egyptij sunt submer
si. sicut peccata delens in baptismo. ergo videtur q. chri
stus magis debuerit baptizari in mari q. in flumine ior
danis. Pre. Jordanis interpretat descensus. sed per
baptismum aliquis plus ascendit q. descendat. Ude et
Matth. iij. dicit q. baptizatus iesus confestim ascendit de
aqua ergo videt inconueniens fuisse q. christus in iorda
ne baptizaretur. Pre. Transuentibus filiis israel aque
iordanis conuerse sunt retrosum. ut legitur Josue. iij.
et sicut in psal. dicitur. sed illi qui baptizant non retrosum
sed in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniens ut
christus in iordane baptizaret. Sed contra est quod dicit
Marci. i. q. baptizatus est iesus a iohanne in iordane

Ad. i. dd. q. fluvius iordanis fuit per quem filij israel
in terram promissionis intrauerunt. hoc autem bz bap
tismus christi speciale pre omnibus baptismis quod intro
dit in regnum dei. quod p terram promissionis significat.
Unde dicit Iohannis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. ad
qd etiam pertinet q. helyas diuisit aquas iordanis. qui
erat in curro igneo rapiendus in celū ut dicit. iij. Regū
ij. Quia scz transeuntibus per aquam baptismi per ignem
spiritu sancti patet aditus in celum. et ideo conueniens fuit
ut christus in iordane baptizaret. Ad. i. ergo dd. q. tra
situs maris rubri pfigurauit baptismum q. tum ad hoc
q. baptismus delet peccata. sed transitus iordanis q. tum
ad hoc q. baptismus apit ianuam regni celestis. qui est
principalior effectus baptismi. et per solum christum im
pletus. et ideo conueniens fuit q. christus in iordane q.
in mari baptizaret. Ad. ij. dd. q. in baptismo est ascen
sus per profectum gratie qui requirit humilitatis descen
sum. fm illud Jacobi. iij. Humilibus autem dat gratiaz
et ad talem descensum referendum est illud nomen iordā
nis. Ad. iij. dd. q. sicut dicit Aug. in sermone epi. sicut
antea aque iordanis retrosum conuerse sunt ita modo
christo baptizato peccata retrosum conuerse sunt. Uel
etiam per hoc signatur q. contra descensum aquarum be
nedictio fluminis sursum ferebatur.

Ad quintum sic procedit

Vide q. xpo baptizato non debuerunt celi aperiri. Illi
enim apperendi sunt celi qui indiget intrate in celum. ex
tra celi existens. sed xps sperat in celo. fm illud Jo. iij.
Filius hoīs qui est in celo. g. videt q. non debuerunt ei ce
li apperiri. Pre. Apertio celoz aut intelligit corpora

liter aut spiritualiter sed non potest intelligi corporaliter
q. corpora celestia sunt impassibilia et infrangibilia. fm
illud. Job. xxxv. Tu forlitan fabricatus es celos qui
solidissimi quasi ere fundati sunt. Similiter etiaz nec pos
test intelligi spiritualiter. q. ante oculos filij dei celi an
tea clausi non fuerunt. g. inconuenienter videt dici q. ba
ptizato christo apertū fuerunt celi. Pre. Fidelibus celum
aperitū est p xpi passionem. fm illud ad Hebre. x. Pa
bentes fiduciam in introitu sanctorū. in sanguine christi.
vñ etiam nec baptizati baptismō xpi si qui an eius passio
nem decesserunt celos intrare potuerunt. g. magis debue
runt apertū celi xpo patiente q. eo baptizato. Sed ptra
qd dicit Luce. ij. Iesu baptizato et orante apertum est ce
lum. Ad. i. dd. q. sicut dictum est christus baptizari vol
uit ut suo baptismō pferret baptismum q. nos baptiza
mur. et ideo in baptismō xpi ea demonstari debuerunt que
pertinent ad efficaciam nostri baptismi. Circa quaz tria sūt
pconsideranda. Primo quidem principalis virtus celestis.
et ideo baptizato christo apertū est celum ut ostenderet q. d.
cetero celestis virtus baptismū sanctificaret. Secundo
operatur ad efficaciam baptismi fides ecclesie et eius qui
baptizat. vnde et baptizati fides profitent. et baptisma vi
ditur fidei sacramentum. p fidem autem inspicunt cele
stia. q. sensum et rationem humanam excedunt. et ad hoc
significandum christo baptizato apertū sunt celi. Tertio
q. per baptismum xpi specialiter apertū nobis introitus
regni celestis. qui primo homini preclusus erat per pecca
rum. vnde baptizato christo apertū sunt celi ut ostendere
tur q. baptismus patet via in celum. Post baptismū au
tem necessaria est iugis oratio homini ad hoc q. celum in
troeat. licet enim per baptismū remittantur peccata reman
ent tamen fomes peccati nos impugnās interioris. et mū
dus et demones. qui impugnant exterioris. et ideo signan
ter dicit Luce. ij. q. iesu baptizato et orante apertū est ce
lum. q. scz fidelibus necessaria est oratio post baptismum.
Uel ut det intelligi q. hoc ipsum qd per baptismum ce
lum apertū credentibus est ex virtute orationis christi. vñ
de signanter dicitur Matthei. ij. q. apertū est ei celus.
et omnibus propter eum. sicut si imperator diceret alicui p
alio petente ecce hoc beneficium non illi do sed tibi. p. pro
pter te illi. ut Chryso. dicit super Mattheum. Ad. i. g.
dd. q. sicut dicit Chryso. super Mattheum. sic christus fm
dispositione humanam baptismus est. Quis propter se
baptismo non indigeret sic fm dispositionem humanā
apertū sunt ei celi. fm autem diuinam naturam sperat in
celis. Ad. ij. dd. q. sicut Hierony. dicit super Mattheum.
Celi apertū sunt christo baptizato non reueratione elemē
torum. sed spiritualibus oculis. sicut etiam Ezech. In pñ
cipio voluminis sui celos apertos esse p memorat. Et hoc
probat Chryso. super Mattheum dicens. q. si ipsa crea
tura scilicet celoz rupta fuisset non dixisset apertū sunt
ei. q. quod corporaliter apertū omnibus est apertum. vñ
et Marci. i. aperte dicitur. q. Iesus statim ascendens de
aqua vidit celos apertos. quali ipsa apertio celoz ad vi
sionem xpi referat. qd quidez aliqui referūt ad visionem
corpalez dicentes q. circa xpm baptizati tantus splendor
fuit in baptismo ut viderent celi apertū. Potest etiam
referri ad ymaginariam visionem. p quem modum eze
chiel vidit celos apertos. formabat enim ex virtute diui
na et voluntate rationis talis visio in ymaginatione chris
ti. ad signandū q. p baptismū celi aditus hoīb. aperitur.
Potest etiam ad visionem intellectualem referri. prout

christus vidit baptismum iam sanctificatio apertum esse ce-
 lum hominibus quod tamen ante viderat sciendum. **Ad**
 in. d. d. quod per passionem christi aperit celum hominibus sicut
 per causam 2 in unum apertio celorum oportet et sic causa
 factam singulis applicari ad hoc quod celum introeant quod qui
 dem fit per baptismum secundum illud ad Romanos. vi. Quicumque
 baptisati sumus in christo iesu per mortem eius baptiza-
 ti sumus. et ideo potius fit mentio de apertura celorum in
 baptismo quam in passione. **Uel** sicut dicit Chrysostomus super
 Mattheum. baptismus pro celi tui sunt aperti. postquam et ty-
 rannum vicit per crucem quod non erant porte necessarie ce-
 lo unquam claudendo non dicuntur angeli aperire portas. sed tol-
 lite portas. per quod dicit Chrysostomus intelligere quod obstacula qui-
 bus prius obstitentibus anime defunctorum introire non po-
 terant celos sunt totaliter per passionem christi ablata. quod
 si manifestata iam via per quam homines in celos erant
 intraturi.

Ad sextum sic procedit.

Videtur quod inconuenienter spiritus sanctus super christum
 baptismum dicat in specie columbe descendisse. spiritus
 enim sanctus habitat in homine per gratiam. Sed in ho-
 mine christo fuit plenitudo gratie a principio sue concep-
 tionis quod fuit unigenitus a patre ut ex dictis patet. quod non de-
 buit spiritus sanctus ad eum mitti in baptismo. **Pre-**
terea dicitur in mundum descendisse per misterium
 incarnationis quando emanauit semetipsum formam sui
 accipiens. sed spiritus sanctus non est incarnatus. quod incon-
 uenienter dicitur quod spiritus sanctus descendit super eum.
Pre-
terea in baptismo christi ostendi debuit sicut in quodam
 dam exemplari id quod fit in nostro baptismo. Sed in no-
 stro baptismo non fit aliqua missio visibilis spiritus san-
 cti. quod nec in christi baptismo debuit fieri visibilis missio
 spiritus sancti. **Pre-**
terea spiritus sanctus a christo in om-
 nes alios derivatur secundum illud. Iohannis. i. De plenitu-
 dine eius nos omnes accepimus. Sed super apostolos
 spiritus sanctus descendit non in specie columbe. sed in spe-
 cie ignis. ergo nec super christum in specie columbe desce-
 dere debuit. sed in specie ignis. Sed contra est quod dicitur

Ceterum dicitur in specie ignis. Sed contra est quod dicitur
 Luce. ij. Descendit spiritus sanctus corporali specie
 sicut columba in ipsum. **R**esponso dicendum quod hoc
 quod dicitur circa christum factum est in eius baptismo sicut Chrysostomus
 dicit super Mattheum. pertinet ad misterium omnium
 qui postmodum fuerant baptizandi. omnes autem qui
 baptismum christi baptizantur spiritum sanctum recipiunt
 nisi fide accedant. secundum illud Matthei. ij. Ipse vos bap-
 tizabit in spiritu sancto. et ideo continens fuit ut super bap-
 tismum dominum spiritus sanctus descenderet. **Ad** i.
 ergo dicendum quod sicut dicit Augustinus. xv. de trinitate. absurdissi-
 mum est dicere quod christus cum iam esset. xxx. annorum ac-
 cepisset spiritum sanctum. sed venit ad baptismum sicut
 sine peccato ita non sine spiritu sancto. si enim de Iohanne
 scriptum est quod replebitur spiritu sancto ab utero matris
 sue quid quidem in homine christo dicendum est. cuius
 carnis ipsa conceptio non carnalis sed spiritalis. **N**unc
 ergo. id est in baptismo corpus suum id est ecclesiam pu-
 rificare dignatus est. in qua baptizati precipue accipiunt
 spiritum sanctum. **Ad** ij. d. d. quod sicut Augustinus dicit in. ij. de
 trinitate. spiritus sanctus descendisse dicitur super christum spe-
 cie corporali sicut columba. non quia ipsa substantia spiri-
 tus sancti videtur. que est invisibilis. **N**ecq; ita quod illa visibi-
 lis creatura in unitate persone diuine assumere neq;

enim dicitur quod spiritus sanctus sit columba. sicut dicitur
 quod filius dei est homo. ratione unionis. **N**ecq; etiam hoc
 modo spiritus sanctus visus est in specie columbe sicut io-
 bannes vidit agnum occisum in apocalypsi. **U**t habetur
 Apoc. i. Illa enim visio facta fuit in spiritu per spiritum
 les ymagines corporum de illa vero columba nullus non
 dubitavit quin oculis visa sit. **N**ecq; etiam hoc modo in
 specie columbe spiritus sanctus apparuit sicut dicitur. i. Cor. ij.
Petra autem erat christus illa enim iam erat in creatu-
 ra. et per actionis modum nuncupata est nomine christi.
 quem signabat. illa autem columba ad hoc tantum signa-
 tum repente extitit et postea cessauit. sicut flamma que in
 rubo apparuit moysi. **D**icitur ergo spiritus sanctus desce-
 disse super christum non ratione unionis ad columbam
 sed vel ratione columbe signantis. spiritus sanctus qui de-
 scendendo super christum venit. vel etiam ratione gratie
 spiritalis. que a deo per modum cuiusdam descendit in
 creaturam derivatur. secundum illud Iacobi. i. Omne datum
 optimum et omne donum perfectum desursum est descen-
 dens a patre luminum. **Ad** tertium dicendum quod sicut
 dicit Chrysostomus super Mattheum. in principijs spiritalium
 rerum pensibiles apparent visiones. propter eos qui nul-
 lam intelligentiam incorporealis nature suscipere possunt.
 ut si postea non fiant ex his que semel facta sunt fidem re-
 cipiant. et ideo circa christum baptismum corporali specie
 spiritus sanctus visibiliter descendit. ut super omnes bap-
 tizatos postea invisibiliter credatur descendere. **Ad**
 quartum dicendum quod spiritus sanctus in specie columbe
 apparuit super christum in baptismo propter tria. **P**rimo
 quidem propter dispositionem que requiritur in bap-
 tismo. ut scilicet non fictus accedat. quia sicut dicitur. Sapien-
 tia. i. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. colum-
 ba enim est animal simplex. astutia et dolo carens. **U**nde
 dicitur Matthei. x. Estote simplices sicut columbe. **S**ecundo
 ad designandum septem dona spiritus sancti. que
 columba suis proprietatibus signat. Columba enim se-
 cus fluuia habitat. ut viso accipit mergat se et euadat.
 quod pertinet ad donum sapientie per quam sancti secus
 scripture domine fluuia resident. ut incursum diaboli
 euadant. **I**tem columba meliora grana eligit. quod perti-
 net ad donum scientie. qua sancti sententias sanas quibus
 pascantur eligunt. **I**tem columba alienos pullos nutrit
 quod pertinet ad donum consilij. quo sancti omnes qui
 fuerunt pulli id est imitatores diaboli doctrina nutriti
 et exemplo. **I**tem columba non lacerat rostris. quod pertinet
 ad donum intellectus quo sancti bonas sententias lacerant
 et non perunt hereticorum more. **I**tem columba felle ca-
 ret. quod pertinet ad donum pietatis. per quam sancti ira et
 rationabili carent. **I**tem columba in cavernis petre nidifi-
 cat. quod pertinet ad donum fortitudinis. quod sancti in plagis
 mortis christi que est petra firma nidum ponunt. id est suum refu-
 gium et spem. **I**tem columba gemitu per cantu habet. quod perti-
 net ad donum timoris. quod sancti delectantur in gemitu pro-
 pter. **T**ertio apparuit spiritus sanctus in specie columbe. propter effe-
 ctum proprium baptismi. qui est remissio peccatorum reconciliatio ad
 deum. Columba enim est animal mansuetum. et id sicut dicit Chrysostomus
 in diluuium apparuit hoc animal tamquam ferens oliuam. et ceteris orbis
 terrarum tranquillitate annuncians. et nunc etiam columba apparuit
 in baptismo liberatorem nobis demonstrans. **Q**uarto appa-
 ruit spiritus in specie columbe super dominum baptismum. ad designa-
 dum ceteris effectum baptismi. qui est constructio ecclesie unita-
 tis. **U**nde dicitur Ephe. v. quod christus tradidit semetipsum ut ex-

biberet sibi gloriosam ecclesiam non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, lauans eam lauacro aque in verbo vite, et ideo conuenienter spiritus sanctus in baptismo demonstratus est in specie columbe, que est animal amicabile et gregale. Unde et Cantic. v. dicit. Una est columba mea. Super apostolos autem in spē ignis spiritus sanctus descendit propter duo. Primo quidem ad ostendendum feruorem quo corda eorum erant tenenda ad hoc quod christum ubique inter pressuras predicaret, et ideo etiam in igneis linguis apparuit, unde et Aug. dicit super Iohannem duobus modis ostendit visibiliter dominus spiritum sanctum, scilicet per columbam, super dominum baptisatum, per ignem super discipulos congregatos, ibi simplicitas, hic feruor ostenditur, ergo ne per spiritum sanctum sanctificati columbe habeant in columba demonstratus est, et ne simplicitas frigida remaneat in igne demonstratus nec moueat quia lingue diuise sunt unitatem in columba cognoscere. Secundo quia sicut dicit Chrysostomus oportebat delictis cognoscere quod fit in baptismo, inasuetudo necessaria erat, que demonstrat in columba, sed ubi adepti sumus gratiam restat iudicij tempus, quod signatur per ignem.

Ad septimum sic procedit

Videtur quod illa columba in qua spiritus sanctus apparuit non verum animal fuerit. Illud enim videtur spiritus apparere quod per similitudinem apparer, sed Luc. iij. dicitur quod descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum non ergo fuit vera columba, sed quedam similitudo columbe. Preterea, sicut natura nihil facit frustra ita nec deus, ut dicitur in i. de celo et mundo sic cum columba illa non aduenerit nisi ut aliquid signaret ut dicit Aug. in ij. de trinitate, frustra fuisset vera columba, quod hoc ipsum fieri poterat per columbe similitudinem, non ergo illa columba fuit verum animal. Preterea, proprietates cuiuslibet rei inducunt in cognitionem nature illius rei, si ergo fuisset illa columba verum animal proprietates columbe signassent naturam veri animalis, non autem effectus spiritus sancti, non ergo videtur quod illa columba fuerit verum animal. Sed contra est quod dicit Aug. in li. de agone christiano neque hoc ita dicimus, ut dominus iesum christum dicamus solum verum corpus habuisse, spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum sed ambo illa corpora vera esse credimus. Responsum dicendum quod sicut supra dictum est, non decebat ut filius dei qui est veritas patris aliqua fictione uteretur, et ideo non fantasticum sed verum corpus accepit. Et quod spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis ut patet Job. xvi. Ideo et ipse veram columbam formauit in qua appareret, licet non assumeret eam in unitatem persone. Unde post predicta verba Aug. subdit sicut non oportebat ut homines falleret filius dei sic non oportebat ut falleret spiritus sanctus sed omnipotenti deo qui uniuersam creaturam ex nihilo fabricauit non erat difficile verum corpus columbe siue alia columba ministerio figurare, sicut non fuit ei difficile verum corpus in utero marie sine virili semine fabricare, cum creatura corporea et in visceribus femine ad formandum hominem et in ipso mundo ad formandum columbam imperio diuino voluntariis seruiret. Ad primum ergo dicendum, quod spiritus sanctus dicitur descendisse in specie vel similitudine columbe, non ad excludendum unitatem columbe, sed ad ostendendum quod non apparuit in specie

sue substantie. Ad ij. dicitur quod non fuit superfluum formare veram columbam, ut in ea spiritus sanctus appareret, quod ipsam veritatem columbe signatur veritas spiritus sancti, et effectus eius. Ad. ij. dicitur quod proprietates columbe eodem modo ducunt ad signandam naturam columbe et ad designandum effectus spiritus sancti, per hoc enim quod columba habet tales proprietates pertinet quod columba designat spiritum sanctum.

Ad octauum sic proceditur

Videtur quod inconuenienter christo baptisato fuit vox patris audita filium protestantis, filius enim et spiritus sanctus per hoc quod sensibilibus apparuerunt dicunt visibiliter esse missi sed patri non puenit mitti, ut patet per Aug. in ij. de trinitate, nec apparere. Preterea, vox est signum uerbi in corde percepti, sed per non est verbum, ergo inconuenienter manifestata in voce. Preterea, homo christus non incepit esse filius dei in baptismo, sicut quidam heretici putauerunt, sed a principio sue conceptionis fuit filius dei, magis ergo in natiuitate debuit vox patris protestari christi diuinitate quam in eius baptismo. Contra est quod dicit Matthei. ij. Ecce vox de celis dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Respondeo, quod sicut supra dictum est in baptismo christi qui fuit exemplar nostri baptisati debuit demonstrari quod in nostro baptismo perficitur, baptisatus autem qui baptizant fideles consecrat in inuocatione et trinitatis per illud Matthei. vi. Euntes docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, et ideo in baptismo christi ut Hieronymus dicit, misterium trinitatis demonstrat, dominus ipse in natura humana baptisatur, spiritus sanctus descendit in habitu columbe vox patris testimonium filio perhibentis audiri et ideo fuit conueniens ut in illo baptismo declararetur in voce. Ad. i. dicitur quod missio visibilis addidit aliquid super apparitionem, scilicet auctoritatem mittentis, et ideo filius et spiritus sanctus qui sunt ab alio dicuntur non solum apparere, sed etiam visibiliter mitti, pater autem qui non est ab alio apparere quidem potest, visibiliter autem mitti non potest. Ad. ij. dicitur quod pater non demonstrat in voce nisi sicut actor vocis vel loquens per vocem, et quod proprium est patri producere verbum quod dicitur vel loqui ideo conuenienter pater per voces manifestatus est, que signat verbum, unde et ipsa vox a patre emissa filiationem verbi protestat, et sicut species columbe in qua demonstratus est spiritus sanctus non est natura spiritus sancti nec species hominis in qua demonstratus est ipse filius non est ipsa natura filii dei, ita et ipsa vox non pertinet ad naturam verbi vel patris loquentis. Unde Iohannis. v. Dominus dicit, neque voces eius patris unquam audistis, neque species eius vidistis, per quod sicut Chrysostomus dicit super Iohannem, paulatim eos in publicum dogma inducens ostendit quoniam vox neque circa deum est neque circa speciem, sed superior et figuris est et loquelis talibus. Et sicut columba et etiam humana natura a christo assumptam tota trinitas operata est, ita etiam formatione vocis, sed tamen in voce declarat solus deus pater ut loquens sicut naturam humanam solus filius assumpsit et sicut columba spiritus sanctus demonstratus est, ut patet per Aug. in li. de fide. Ad. ij. dicitur quod diuinitas christi non debuit omnibus in eius natiuitate manifestari, sed magis occultari in defectibus infantilis etatis, sed quoniam iam puenit ad perfectam etatem in qua oportebat eum docere et miracula facere et homines ad se pertere tunc testimonio patris erat et diuinitas iudicanda, ut sic est.

doctrina credibilior fieret. Unde et ipse dicit Johannis. v. Qui misit me pater ipse testimonium perhibet de me. et hoc precipue in baptismo per quem homines renascuntur in filios dei adoptiuos. filij autem dei adoptiuo instituntur ad similitudinem filij naturalis. sicut illud ad Roma. viij. Quos presciuit deus et predestinavit conformes fieri imaginibus filij sui. Unde Hieronymus dicit super Mattheum. quod super iesum baptisatum descendit spiritus sanctus et vox patris audita est dicentis filius meus dilectus. ut ex his que consumabantur in christo cognosceremus post aque lauacrum et de celestibus partibus sanctum in nos spiritum auolare. et paterne vocis adoptio dei filios fieri. **Quo. XL.**

Consequenter post

ea que pertinent ad ingressum christi in mundum vel ad eius principium considerandum restat de his que pertinent ad progressum ipsius. Et primo considerandum est de modo conuersationis ipsius. Secundo de reprobatione eius. Tertio de doctrina. Quarto de miraculis. **¶** Circa primum queruntur quattuor. Primo utrum christus debuit solitariam vitam ducere. aut inter homines conuersari. Secundo utrum debuerit austeram vitam ducere in cibo vestitu et potu an alijs communem. Tertio utrum debuerit abiectam in hoc mundo vivere. an cum diuitijs et honore. Quarto utrum debuerit sicut legem vivere.

Ad primum sic procedit

Uidetur quod christus non debuerit inter homines conuersari. sed solitariam vitam ducere. oportebat enim quod christus sua conuersatione non solum se hominem esse ostenderet sed etiam deum. sed deum non conuenit cum hominibus conuersari. dicit enim Danielis. ij. Exceptis dijs quorum non est cum hominibus conuersatio. et philoso. dicit in. i. polliti. quod ille qui solitarius uiuit aut est bestia si. s. propter se uicium faciat. aut est deus. si hoc faciat propter contemplandam veritatem. ergo uidetur quod non fuit conueniens christus inter homines conuersari. **¶** Preterea. christus dum in carne mortali uixit debuit perfectissimam vitam ducere. Perfectissima autem vita est contemplatiua. ut in secunda parte habitum est. ad vitam autem contemplatiuam maxime competit solitudo. sicut illud Osee ij. Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. ergo uidetur quod christus debuit solitariam vitam ducere. **¶** Preterea. conuersatio christi debuit esse uniformis quod semper in eo debuit apparere quod optimum est. sed quandoque christus solitaria loca querebat turbas declinans. unde migius dicit super Mattheum. tria refugia legitur dominus habuisse. nauim. montem. et desertum. ad quorum alterum quotienscumque a turbis comprimebatur descedebat. ergo et semper debuit solitariam vitam ducere. Sed contra est quod dicitur Matthei. iij. Post hoc in terris uisus est. et cum hominibus conuersatus est. **¶** Responsio uero. quod conuersatio christi talis debuit esse ut conueniret fini incarnationis sicut quam uenit in mundum. Venit autem in mundum. Primo quidem ad manifestandum ueritatem sicut ipse dicit Johannis. xij. In hoc natus sum. et ad hoc ueni in mundum ut testimonium perhibeam ueritati. Et ideo non debebat se occultare. vitam solitariam agens. sed in publicum procedere. publice predicando. Unde Lucij. iij. Dicit illis qui uolebant eum detinere. quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei. quia ideo

missus sum. Secundo uenit ad hoc ut homines liberaret sicut illud. i. Timotheo. i. Christus iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. et ideo ut Chrysostomus dicit in eodem loco manendo posset christus omnes ad se attrahere ut eius predicationem audirent. non tamen hoc fecit prebens nobis exemplum ut perambulamus et requiramus pereuntes sicut pastor ouem perditam. et medicus accedit ad infirmum. Tertio uenit ut per ipsum habeamus accessum ad deum. ut dicitur ad Roma. v. Et ita familiariter cum hominibus conuersando conueniens fuit ut omnibus fiduciam daret ad se accedendi. Unde de Mattheo. ix. Factum est discumbente eo in domo ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum iesu. et cum discipulis eius. quod exponens Hieronymus. dicit uiderant publicani et peccatores a peccatis ad meliora conuersi locum inuenisse penitentie et ob id etiam ipsi non desperant salutem. **¶** Ad primum ergo dicendum quod christus per humanitatem suam uoluit manifestare diuinitatem. et ideo conuersando cum hominibus quod est proprium hominibus manifestauit omnibus suam diuinitatem. predicando et miracula faciendo. et innocenter et iuste inter homines conuersando. **¶** Ad secundum dicendum quod sicut in secunda parte dictum est vita contemplatiua simpliciter est melior quam actiua. que occupat circa corporales actus. Sed uita actiua sicut quam aliquis predicando et docendo contemplantur. quia talis uita presupponit habundantiam contemplationis. et ideo christus talem vitam elegit. **¶** Ad. iij. dicendum quod actio christi fuit nostra instructio et ideo ut daret exemplum predicantibus quod non semper se darent in publicum. ideo quandoque se dominus a turbis retraxit quod quidem legitur fecisse propter iram. Quandoque uero quidam propter corporalem quietem. Unde Matthei. vi. dicitur quod dominus dixit discipulis. uenite seorsum in desertum locum. et requiescite pusillum. erant enim qui ueniebant redibant in uia. ne spatium manducandi habebant. Quis uero orationis. Unde dicitur Iudic. vi. Factum est in illis diebus. exiit in montem orare. et erat pernoctans in oratione dei. ubi dicit Ambrosius. quod precepta uirtutis suos informat exemplo. Quandoque uero ut doceat sanctorum humanum uicium. unde super illud Matthei. v. Uidit iesus turbas ascendit in montem Chrysostomus. dicit per hoc quod non in ciuitate et foro sed in monte in solitudine sedit eruditus nos nihil ad ostentationem facere. et a tumultibus abscedere. et maxime cum de necessarijs disputare oportebat.

Ad secundum sic procedit

Uidetur quod christus debuerit austeram vitam ducere in hoc mundo. christus enim multo magis predicauit perfectionem uite quam iohannes. sed iohannes austeram vitam duxit. ut suo exemplo homines ad perfectionem uite reuocaret. dicitur enim Matthei. iij. quod ipse iohannes habebat ueritatem de pilis camelorum. et zonam pelliceam circa lumbos suos. et cetera. et cetera. et mel siluestre. quod exponens Chrysostomus. dicit. Erat mirabile in humano corpore tantam puritatem uidere. quod et iudeos magis attraheret. ergo uidetur quod multo magis christus debuit austeram vitam ducere. **¶** Preterea. Abstinencia ad continentiam ordinatur. dicitur enim Osee. iij. Comedentes non saturabuntur. fornicati sunt et non cessauerunt sed christus continentiam et in se seruauit et alijs seruandam pro

ueniens xpm temptari. Secundo de loco temptationis. Tertio de tpe. Quarto de modo et ordine temptationum.

Ad primum sic procedit

Videf qd xpo temptari non pueniebat. temptare enim e experimentum sumere. qd quidem no fit nisi de re ignota. sed xpus xpi erat nota etiam demonibz. Dicitur enim Luce. iij. qd non sinebat demonia loqui. qz sciebant eum esse xpm. g videf qd non decuerit xpm temptari. **Pre.** ad hoc xps venerat vt opera diaboli dissolueret. fm illud i. Job. ij. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opa diaboli. sed non est eiusdem dissolueret opa alicuius et ea pati. Et ita videf inconueniens fuisse qd xps pateret se temptari a diabolo. **Pre.** Triplex est temptatio. s. a carne a mundo. a diabolo. sed xps non fuit temptatus a carne. nec a mundo. g nec etiam debuit temptari a diabolo. **Sz** extra est qd vt **Matth. iij.** Ductus est iesus in desertum vt temptaret a diabolo. **Rn. v. d.** qd xps temptari voluit. Primo quidem vt nobis ptra temptationes auxiliu ferret. Unde **Grego.** dicit in omel. no erat indignu redemptori nostro qd temptari voluit. qui venerat et occidi. vt sic temptationes nostras sua morte supauit. Secundo ad nostram cautelam. vt nullus quantum mēqz sanctus se existimet securu et immunitem a temptatione. Unde etiaz post baptismum temptari voluit. qz sicut **Bylarius** dicit sup **matth.** in sanctificatione maxime diaboli temptamenta crassant. qz victoria magis est ei exoptanda de sanctis. **Uñ** **Ecc. ij.** dicit fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia et timore. et prepara animam tuam ad temptationē. **Ter** tio ppter exemplum vt. s. nos instrueret qualiter diaboli temptationes vincamus. Unde **Aug.** dicit in. iij. de tri. qd xps diabolo temptandum se prebuit. vt ad supandas temptationes eius mediator esset. non solum p adiutorium veru etia p exemplum. Quarto vt nobis fiduciam de sua misericordia largiret. Unde dicit ad **Hebre. iij.** Non habemus pontificem qui non possit pati infirmitatibz nostris. temptatum asit per omnia p similitudinez absqz peccato. **Ad. i. g. d.** qd sicut dicit **Aug. x. de ciui. dei.** christus im innotuit demonibz qm voluit. non p id qd est vita eterna. sed p quedam temporalia sue virtutis effecta. ex quibz quandam pieturam habebant xpm esse filium dei. Sed qz rursus in eo quedam signa humane infirmitatis videbant non pro certo cognoscebant eū esse filium dei. et id eum temptare voluit. Et hoc figurat **Matth. iij.** vbi dicit qd post qd esurijt accessit ad eum temptator. qz vt **Bylarius** dicit. temptare xpm diabolus no fuisse ausus nisi in eo pseruentionis infirmitatem q sūt hominibz recognosceret. Et hoc etiam patet ex ipso modo temptandi cum dixit. si filius dei es qd exponens **Grego.** dicit quid sibi vult talis sermonis exorsus. non qz cognouerat dei filium venturu esse. sed venisse p corporis infirmitate non purabat. **Ad. ij. d.** qd xps venerat soluere opera diaboli. non potestatiue agendo. sed magis ab eo et eius membris patiēdo. vt sic diabolum vinceret iusticia. no potestate. Et sicut dicit **Aug. xij. de tri.** qz diabolus no potenna dei s. iusticia superandus fuit et ideo circa temptationem christi considerandum est qd propria voluntate fecit. et quod a diabolo passus fuit. qd enim temptationi se offerret fuit proprie voluntatis. Unde dicitur **Matth. iij.** Ductus est iesus in desertum a spiritu. vt temptaret a diabolo. qd **Grego.** dicit intelligendum de spiritu scd.

vt scz illuc eum spiritus duceret. vbi eum ad temptandū spiritus malignus inueniret sed a diabolo passus est qd assumeret vel supra pinaculum templi vel etiam in montem excelsum valde. Nec etiam mirum vt **Grego.** dicit si se ab illo permisit in montes duci qui se permisit ab ministris ipsius crucifigi. Intelligitur autem a diabolo assumptus non quasi ex necessitate sed quia vt **Origenes** dicit super **Lucam** sequebatur enim ad temptationes. qsi athleta sponte procedens. **Ad. iij. dicenduz.** qd sicut dicit **Apосто.** christus in omnibz temptationibz voluit absqz peccato. temptatio autem que est ab hoste potest esse sine peccato. quia fit per solam exteriorē suggestionem. temptatio autem que est a carne no potest esse sine peccato. quia hec temptatio fit per delectationem et concupiscentiam. et sicut dicit **Aug.** non nullum peccatum est cum caro concupiscit aduersus spiritum. et ideo christus temptari voluit ab hoste. non a carne.

Ad secundū sic procedit

Videf qd christus no debuit temptari in deserto. christus enī temptari voluit p exemplum nostrum vt dictum est. sed exemplum debet manifeste proponi illis qui sunt p exemplum informandi no g debuit in deserto temptari. **Pre.** **Chryso.** dicit super **matth.** qd tūc maxime diabolus instat ad temptandum cum viderit solitarios vnde et in principio mulierem temptauit. sine viro eaz inueniens. et sic videtur p hoc qd in desertum iuit vt temptaret qd temptatio ni se exposuit. cum g eius temptatio sit nostruz exemplū videf qd etiam alij debeant se ingerere ad temptationes suscipiendas. qd videf esse periculosum. cum magis temptationum occasio ē vitare debeamus. **Pre.** **Matth. iij.** Bonif secunda christi temptatio qua diabolus christum assumpsit in ciuitatem sanctam. et statuit eum supra pinaculum templi. Quod quidem non erat in deserto no ergo temptatus est solum in deserto. **Sed contra est qd** dicitur **Matth. i. qd** erat iesus in deserto. xl. dieb. et xl. noctibus. et temptabatur assathana. **Rn. d.** qd sicut dicitur est. christus propria voluntate se exhibuit diabolo ad temptandum sicut etiaz propria voluntate membris eius se exhibuit ad occidendum. alioquin diabolus ad eum venire non auderet. Diabolus autem magis attemperat aliquem cum est solitarius. quia sicut dicitur **Ecclesiastici. iij.** Si quispiam preualuerit contra vnum duo resistunt ei. et inde est qd christus in desertum exiit. quasi ad campum certaminis. vt ibi a diabolo temptaretur. Unde **Ambro.** dicit super **Lucam** qd christus agebat in desertum consilio. vt diabolum prouocaret. nam nisi ille certasset scz diabolus non iste vicisset scz christus. Addit autem et alias rationes dicens hoc christum fecisse misertio. vt adam de exilio liberaret qui scz de paradiso in desertum eiectus est. Exemplo vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere. **Ad primuz** ergo videndum qd christus proponitur omnibus in exemplum p fidem fm illud ad **Hebre. xij.** Aspiciētes in actorem fidei et consummatorem iesum. fides autem vt dicitur ad **Ro. x.** Est ex auditu no ex visu. quin ymo dicitur. **Jo. xx.** Beati qui non viderunt et crediderunt. Et ideo ad hoc vt temptatio christi esset nobis in exemplum non oportet qd ab omnibz videretur. sed sufficiens fuit qd omnibus narraretur. **Ad secundum** dicendum qd duplex est temptationis occasio. Una quidem ex parte hominis puta cū aliquis se peccato propinquum facit. occasiōes peccandi

non evitans. et talis occasio temptationis est vitanda. sic dictum est loth. Gen. xix. ne steteris in omni regione circa sodomam. Alia vero temptationis occasio est ex parte diaboli qui semper invidet ad meliora tendentibus. ut Ambrosius dicit. et talis temptationis occasio non est vitanda. Unde Crisostomus dicit super Mattheum. quod non solum Christus ductus est in desertum a spiritu. sed omnes filii dei. habentes spiritum sanctum. non enim contenti sunt sede re ociosi. sed spiritu sanctus urget eos aliquod magnum apprehendere quod est esse in deserto. quantum ad diabolum. quia non est ibi iniusticia in qua dyabolus delectatur. omne enim opus bonum est desertum quantum ad carnem et mundum. quia non est secundum voluntatem carnis et mundi. Talem autem occasionem temptationis dare dyabolo non est periculosum. quia maius est auxilium spiritus sancti qui est perfecti operis actor. quam impugnatione dyaboli invidentis.

¶ Ad. iij. dicendum quod quidam dicunt omnes temptationes factas fuisse in deserto. Quorum quidam dicunt quod Christus ductus est in sanctam civitatem non realiter. sed secundum imaginariam visionem. Quidam autem quod etiam ipsa civitas sancta scilicet hierusalem. desertum dicatur quia erat derelicta a deo. Sed hoc non erat necessarium. quia marcus dicit quod in deserto temptatus a dyabolo non autem dicit quod solum in deserto.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod temptatio christi non debuit esse post ieiunium dictum est enim supra. quod christum non decebat conversatio nonis austeritatis. sed maxime austeritatis videtur fuisse quod xl. diebus et xl. noctibus nihil commederet sic enim intelligitur quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieiunasse quia scilicet in illis diebus nullum cibum sumpsit ut Gregorius dicit ergo videtur quod non debuit huiusmodi ieiunium temptationi premittere.

¶ Pre. Mar. i. dicitur quod erat in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus. et temptatus a sathana. sed quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieiunavit. ergo videtur quod non post ieiunium sed sicut cum ieiunaret. fuisset temptatus a dyabolo.

¶ Pre. Chrysostomus non legitur nisi semel ieiunasse. sed non semel solum fuit temptatus a dyabolo. dicitur enim Luc. iij. quod consumata omni temptatione. dyabolus recessit a deo usque ad tempus. sicut ergo secunde temptationis non premitur ieiunium. ita nec prime premittere debuit.

¶ Sed contra est quod dicitur Mattheus. iij. cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esurijt. et tunc accessit ad eum temptator.

¶ Rñ. dicendum quod convenienter post ieiunium christus temptari voluit. Primo quidem propter exemplum. quia cum omnibus sicut dictum est imminet se contra temptationes tueri. per hoc quod ipse ante temptationem futuram ieiunavit docuit. quod per ieiunium nos oportet contra repationes armari. unde inter arina iusticie apostolus. ieiunia connumerat. ij. Cor. vi. Secundo ut ostenderet quod etiam ieiunantes dyabolus aggreditur ad temptandum sicut alios. qui bonis operibus vacant. et ideo sicut post baptismum. ita post ieiunium. christus temptatur. Unde Crisostomus super Mattheum. ut discas quam magnum bonum sit ieiunium. et qualiter securum est aduersus dyabolum. et quoniam post baptismum non lasciuie. sed ieiunio intendere oportet. christus ieiunavit. non ieiunio indigena. sed nos instruens. Tertio quia post ieiunium securus est esurientes. que dedit dyabolo audaciam aggrediendi. sicut dictum est. Cum autem esurijt dominus

ut bylarus dicit super Mattheum. non fuit ex surreptione in die. sed nature sue hominem dereliquit. non enim erat a deo dyabolus. sed a carne vincendus. Unde etiam Crisostomus dicit non ultra processit in ieiunando quam moyses et helyas. ne incredibilis videretur carnis assumptio.

¶ Ad. i. ergo dicendum quod christum non decebat conversatio austerioris vite ut se comunem exhiberet illis quibus predicauit. nullus autem debet assumere predicationis officium nisi prius fuerit purgatus et virtute perfectus. sicut de christo dicitur Actu. i. quod cepit bibere facere et docere. et ideo christus statim post baptismum austeritatem vite assumpsit. ut doceret post carnem edomitam. oportere alios ad predicationis officium transire. secundum illud apostoli castigo corpus meum. et in seruitutem redigo ne forte alijs predicans. ipse reprobus efficiat.

¶ Ad. ij. dicendum quod verbum illud marci potest sic intelligi. quod erat in deserto xl. diebus et xl. noctibus. quibus scilicet ieiunavit. Quod autem dicitur et temptatus a sathana. intelligendum est non illis diebus. xl. et xl. noctibus. sed post illos. eo quod Mattheus dicit quod cum ieiunasset xl. diebus et xl. noctibus. postea esurijt. ex quo sumpsit temptator occasionem accedendi ad ipsum. Unde et quod subditur. et angeli ministrabant ei. consecutiue intelligendum esse ostenditur. ex hoc quod marcus. iij. dicitur tunc reliquit eum dyabolus scilicet post temptationem. et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. quod vero interponit marcus eratque cum bestijs inducitur secundum Crisostomum ad ostendendum quale erat desertum. quia salz erat inuisum hominibus et bestijs plenum. Tamen secundum expositionem beate dominus temptatus. xl. diebus et xl. noctibus. sed hoc intelligendum est. non de illis temptationibus visibilibus quas narrat marcus et lucas. que facte sunt post ieiunium. sed de quibusdam alijs impugnationibus quas forte illo ieiunij tempore chistus est a dyabolo passus.

¶ Ad. iij. dicendum quod sic dicit Ambrosius super lucam recessit dyabolus a christo usque ad tempus. quod postea non temptatus. sed aperte pugnatuus aduenit tempore scilicet passionis. et tamen per illam impugnationem videbatur christum temptare de tristitia et odio proximo. sicut in deserto de delectatione gula. et correptione dei per ydolatriam.

Ad quartum sic procedit

Videtur quod non fuit conueniens temptationis modus et ordo. temptatio enim dyaboli ad peccandum inducit. sed si christus subuenisset corporali fami. conuertendo lapides in panes. non peccasset. sicut non peccauit cum panes multiplicauit quod non fuit minus miraculum ut turbe esurienti subueniret quam videtur quod nulla fuerit illa temptatio.

¶ Pre. nullus persuasor conuenienter persuadet contrarium eius quod intendit. sed dyabolus statuens christum super pinaculum templi. intendebat eum de superbia aut vana gloria temptare. ergo inconuenienter persuaderet se mittat deorsus quod est contrarium superbie vel vane glorie. que semper ascendere querit.

¶ Pre. vna temptatio conueniens est ut sit de vno peccato. sed in temptatione que fuit in monte. duo peccata persuasit. scilicet cupiditatem et ydolatriam. non ergo videtur fuisse conueniens temptationis modus.

¶ Pre. temptationes ad peccata ordinantur. sed septem sunt vitia capitalia. ut in secunda parte habitum est non autem temptauit nisi de tribus scilicet gula et vana gloria. et cupiditate. non ergo videtur sufficiens temptatio.

¶ Pre. post victoriam omnium vitiorum. remanet lux

temptatio superbie, vel vane glorie, quia superbia bonis operibus insidiatur vt preant, sicut dicit Augu. inconuenienter ergo. **M**att. ponit vltimam temptationem cupiuitatis in monte, mediam autem inanis glorie in templo presertim cum lucas ordinet econuerso. **P**re. Hiero. super Matt. dicit, qd propositum christi fuit dyabolum humilitate vincere, non potestate, ergo non imperiose oburgando eum repellere debuit, vade retro sathana.

Pre. narratio euangelij videtur falsum continere, non enim videtur possibile, qd christus supra pinaculum templi statui poterit, qui ab alijs videretur, neq; aliq; mors tam altus inuenitur, vt inde totus mundus inspicere possit vt sic ex eo potuerit christo omnia regna mundi ostendi inconuenienter ergo videtur descripta christi temptatio.

Sed contra est scripture auctoritas. **R**ñ. dicendum qd temptatio que est ab hoste fit per modum suggestionis, vt dicit Greg. non aut eodem mo potest aliquid oibo suggeri, sed vnicuiq; suggeritur aliquid ex his circa que affectus est, et ideo dyabolus hominem spiritualem non statim temptat de grauib; peccatis, sed paulatim a leuioribus incipit, vt postmodum ad grauiora perducatur, vnde Greg. dicit, xxx. mo. exponens illud iob. xxxix. procul odoratur bellum exhortationem ducum et vltimum exercitus dicit bene duces exhortari, dicit sunt exercitus vlulare, qz prima vicia, recepte inueni, quasi sub quadam ratione se ingerunt, sed innumera que sequuntur, dum barc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt, et hoc quidem dyabolus obseruauit in temptatione primi hominis, nam primo sollicitauit metem primi hominis de ligno vici est, dicens Gesi. iij. cur precepit vobis deus vt non comederitis de omni ligno paradisi, **S**econdo de inani gloria cum dixit, aperientur oculi vestri.

Tertio produxit temptationem ad extremam superbiam cum dixit eritis sicut dii, scientes bonu et malum. **E**t hunc etiam ordinem temptandi seruauit in christo. **P**rimo temptauit ipsum de eo quod appetunt quantumcunq; spirituales vici, videlicet de sustentatione corporalis nature cibum. **S**econdo processit ad id in quo spirituales vici quandoq; deficiunt, vt scilicet aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inaniem gloriam. **T**ertio produxit temptationem ad id quod iam non est spiritualium virtutum, scilicet vt diuitias et mundi gloriam concupiscant, vsq; ad contemptum dei. **E**t ideo in primis duabus temptationibus dixit si filius dei es, non autem in tertia que non potest spiritualibus vici conuenire, qui sunt per adoptionem filij dei, sicut et due prime. **H**is autem temptationibus christus resistit testimonij legis, non potestare virtutis, vt hoc ipso et hominem plus honoraret et aduersarium plus puniret, cum hostis generis humani non quasi a deo, sed quasi ab homine viceretur, sicut dicit leo papa.

Ad primum ergo dicendum qd vni necessarius ad sustentationem non est peccatum gula, sed qd ex desiderio huiusmodi sustentationis, homo aliquid inordinatum faciat ad vitium gula pertinere potest. **E**st autem inordinatum, qd aliquis vbi potest haberi recursus ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculose sibi cibum querere velit, vnde et dominus filijs israel miraculose manna prebuit in deserto, vbi aliunde cibum habere non potuit. **E**t similiter christus in deserto turbas parauit miraculose, vbi aliter cibum haberi non poterat, sed christus ad subueniendum fami, poterat aliter sibi prouidere qz miracula faciendo, sicut et iohannes baptista fecit, vt

legitur Matt. iij. vel etiam ad loca proxima properando. **E**t ideo putabat dyabolus qd christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere temptaret, si esset purus homo. **A**d secundum dicendum qd per humilitationes exteriores, frequenter querit aliquis gloriam qua exaltetur circa spiritualia bona, vnde Augustinus dicit in lib. de sermone domini in monte, aduertendum est non in solo corporearum rerum nitore atq; pompa, sed etiam in ipsis foribus lutosus esse posse iactantiam. **E**t ad hoc significanduz, dyabolus christo suauit vt ad querendum gloriam spirituales corporaliter mitteret se deorsum. **A**d tertium dicendum qd diuitias et honores mundi appetere peccatum est, quando huiusmodi inordinate appetuntur, hoc autem precipue manifestatur ex hoc qd per huiusmodi adipsicendos, homo aliquid inonestum facit, et ideo non fuit contentus dyabolus persuadere cupiditatem diuitiarum et honorum, sed induxit ad hoc qd propter huiusmodi adipsicenda, christus eum adoraret quod est maximum scelus et contra teum. **N**ec solum dixit si adoraueris me, sed addidit cadens, quia vt dicit Ambrosius habet ambino domesticum periculum, vt enim domineur, per alios seruit, et in curuatur obsequio, vt honore donetur, et dum vult esse sublimior, fit remissior. **E**t similiter etiam in precedentibus temptationibus, ex appetitu vnius peccati, in aliud peccatum inducere est conatus, sicut ex desiderio cibi conatus est ducere in vanitatem, sine causa miracula facienda, et ex cupiditate glorie, conatus est ducere ad temptandum teum, per precipitum. **A**d quartum dicendum qd sicut dicit Ambrosius, super lucam, non dixisset scriptura qd consummata omni temptatione dyabolus recessit ab illo, nisi in tribus premisis esset omnis materia delictorum, quia cause temptationum cause sunt cupiditatum, scilicet carnis oblectatio, spes glorie, et audacitas potentie. **A**d quintum dicendum qd sicut dicit Aug. in li. de consensu euangelistarum incertum est quid par factum sit, virtum regna terre prius demonstrata sunt et perfecta in pinacula templi locatus sit aut hoc prius et illud perfecta, nihil tamen ad rem dum omnia facta esse manifestum sit, videntur autem euangeliste diuersum ordinem tenuisse, quia quandoq; ex inani gloria, veniunt ad cupiditatem, quandoq; econuerso. **A**d sextum dicendum qd christus cum passus fuisset temptationis iniuriam, dicente sibi dyabolo si filius dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec inceptauit dyabolum, quando vero dyabolus dei usurpauit honorem, dicens, hec omnia dabo tibi si cadens adoraueris me, exasperatus est christus, et reputauit eum, dicens, vade sathana vt nos ipsius discamus exemplo, nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere dei autem iniurias nec vsq; ad audirum sustinere. **A**d septimum dicendum qd sicut dicit Criso, dyabolus christum sic assumebat in pinaculum templi vt ab omni homine videretur, ipse autem nesciente dyabolo sic agebat vt a nemine videretur, qd autem dicit ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, non est intelligendum qd videret ipsa regna vel ciuitates vel populos, vel argentum vel aurum, sed partes in quibus vnum quodq; regnum vel ciuitas posita est dyabolus christo digito demonstrabat et vniuersumq; regni honores et statum verbis exponebat. **V**el fm Origenem, ostendit ei quomodo ipse per diuersa vicia regnabat in mundo.

Questio. XLII.

Deinde considerandum

est de doctrina christi. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo utrum christus debuit predicare solum iudeis vel gentibus. Secundo utrum in sua predicatione debuerit turbationes iudeorum vitare. Tertio utrum debuerit predicare publice vel occulte. Quarto utrum solum debuerit docere verbo, vel etiam scripto. De tempore autem quo docere incepit supra dictum est, cum de baptismo eius ageretur.

Ad primum sic proceditur

Videtur quod christus non solum iudeis sed etiam gentibus debuerit predicare. dicitur enim in Esa. xlix. parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus iacob, et feces israel conuertendas. tedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extrema terre. sed lumen et salutem christus prebuit per suam doctrinam. ergo videtur parum fuisse si solis iudeis. et non gentibus predicavit. **P**re. sicut dicitur Mat. vij. erat docens eos sicut potestatem habens. sed maior potestas doctrine ostenditur in instructio ne illorum qui penitus nihil audierunt. quales erant gentes. unde apostolus dicit ad Ro. xv. sic predicavi euangelium non ubi nominatus est christus. ne super alienius fundamentum edificarem. ergo multo magis christus predicare debuit gentibus quam iudeis. **P**re. vltior est instructio multorum quam vnius. sed christus aliquos gentium instruxit sicut mulierem samaritanam Johan. iij. et chanaanem Mat. xv. ergo videtur quod multo fortius christus debuerit multitudini gentium predicare. **S**ed contra est quod dominus dicit Mat. xv. non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel sed ad Romanos. dicitur quomodo predicabunt nisi mittantur. ergo christus non debuit predicare gentibus. **R**es. dicendum quod conueniens fuit predicationi christi. nam per ipsam quam per apostolos a principio fieri solum iudeis. Prima quidem ut ostenderet per suum aduentum impleri promissiones antiquitus factas iudeis non autem gentibus. unde apostolus dicit ad Roma. xv. dico christum ministrum fuisse circumcisionis. id est apostolum et predicatorem iudeorum propter veritatem dei ad confirmandas promissiones partium. Secundo ut eius aduentus ostenderetur esse a deo. que enim a deo sunt ordinata sunt. ut dicitur ad Ro. xij. hoc autem debitus ordo erigebat ut iudeis que deo erant propinquiores per fides et cultum vnius dei. prius quidem doctrina christi proponeretur. et per eos transmitteretur ad gentes. sicut etiam in celesti hierrachia per superiores angelos ad inferiores diuine illuminationes veniunt. Unde super illud Mat. xv. non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. dicit Hierony. Non hoc dicit quin ad gentes missus sit. sed quod primum ad israel missus est. Unde et Esa. vltimo dicitur. mittam ex eis qui saluari fuerint. scilicet ex iudeis ad gentes. et annuntiabunt gloriam meam gentibus. Tertio ut auferret iudeis calumpniandi materiam. Unde super illud Mat. x. in viam gentium ne abieritis. Hierony dicit. oportebat primum aduentum christi nunciari iudeis. ne iustitiam haberent excusationem. dicentes se ideo dominum reiecit. quia ad gentes et samaritanos apostolos miserat. Quarto quia per crucis victoriam. christus meruit potestatem et victoriam et dominium super gentes. Unde dicitur Apoc. ij. qui vicerit dabo ei potestatem super gentes.

sicut et ego accepi a patre meo. Et ad philipp. ij. quod quia factus est obediens usque ad mortem. mortem autem cruciatum et omnis lingua ei confiteatur. Et ideo ante passionem suam noluit gentibus predicari suam doctrinam. sed post passionem suam dixit discipulis Mat. vlti. euntes docete omnes gentes. propter quod legitur Job. xij. cum imminente passione quidam gentes vellent videre biesum. respondit nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit multum fructum affert. et sicut Aug. ibidem dicit se dicebat granum mortificandum in infidelitate iudeorum. multiplicandum in fide populorum. **A**d. i. ergo dicendum quod christus fuit in lumen et salutem gentium per discipulos suos quos ad predicandum gentibus misit.

Ad. ij. dicendum quod non est minoris potestatis sed maioris facere aliquid per alios quam per seipsum. et ideo in hoc maxime diuina potestas in christo monstrata est. quod discipulis suis tantam virtutem contulit in docendo. ut gentes que nihil de christo audierant. conuerterent ad ipsum. Potestas autem christi in docendo. attenditur quantum ad miracula. per que doctrinam suam confirmabat. et quantum ad efficaciam persuadendi. et quantum ad auctoritatem loquentis. quia loquebatur quasi dominium habens super legem. cum diceret ego autem dico vobis etc. et etiam quantum ad veritatem rectitudinis quam in sua conuersatione monstrabat. sine peccato viuendo. **A**d. iij. dicitur quod sicut christus non debuit a principio indifferenter gentibus suam doctrinam communicare. ut iudeis tanquam prior genito populo deditus obseruaretur. ita etiam non debuit gentes omnino repellere. ne spes salutis eis precluderetur et propter hoc aliqui gentium particulariter sunt admissi. propter excellentiam fidei et deuotionis eorum.

Ad secundum sic procedit

Videtur quod christus debuerit iudeis sine eorum offensione predicare. quia ut dicit Aug. in libro de agone christi. in nomine iesu christi se nobis ad exemplum vite prebuit filius dei. sed nos debemus vitare offensionem non solum fidelium sed etiam infidelium. **S**ed illud. i. Cor. x. sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclesie dei. ergo videtur quod etiam christus in sua doctrina offensionem vitare debuerit. **P**re. nullus sapiens debet facere vnde effectum sui operis impediatur. sed per hoc quod sua doctrina christus iudeos turbauit impediatur effectus doctrine eius. dicit enim Lu. xi. quod cum dominus phariseos et scribas reprehenderet. ceperunt grauiter resistere. et os eius opprimere de multis insidiantes ei. et querentes aliquid capere de ore eius ut accusarent eum. non ergo videtur conueniens fuisse quod eos in sua doctrina offenderet. **P**re. apostolus dicit. i. ad thimo. v. seniores ne increpaueris. sed obsecra ut parrem. sed sacerdotes et principes iudeorum erant illius populi seniores. ergo videtur quod non fuerint duntaxat in crepationibus arguendi. **S**ed contra est quod in Esa. vij. fuit propheticatum. quod christus esset in lapidem offensionis. et petra scandali. duabus domibus israel. **R**es. dicendum quod salus multitudinis. est preferenda paci quorundam singularium hominum. et ideo quando aliqui sua peruersitate salutem multitudinis impediunt. non est rimenda eorum offensa a predicatore vel doctore. ad hoc quod multitudinis salui prouideat. **S**cribe autem et pharisei et principes iudeorum. sui malicia plurimum impedi-

tant populi salutem. cum quia repugnabant christi doctrine. per quam sola poterat esse salus. tum quia etiam prauis suis moribus vitam populi corrumpebant. Et id dominus non obstante offensione eorum. publice veritatem docebat. quam illi odiebant. et eorum vitia arguebat. Et ideo dicitur **Matth. xv.** quod discipulis domino dicentibus scis quia iudei audito hoc verbo scandalizati sunt. respondit. simile illos. ceci sunt et ducunt cecorum. si cecus cecum prelerit ducatum ambo in foveam cadunt. **Ad. i.** ergo dicendum quod homo sic debet esse sine offensione omnibus. ut nulli rei suo facio vel dicto minus recto occasio nem ruine. si tamen de veritate scandalum oritur magis est sustinendum scandalum quam ut veritas relinquatur. **Greg. dicit. Ad. ij.** dicendum quod per hoc quod christus publice scribas et phariseos arguebat non impediuit. sed magis promouit effectum sue doctrine. quia cum eorum vitia populo innotescerent. minus auerterebatur a christo propter verba scribarum et phariseorum qui semper doctrine christi obstitabant. **Ad. iij.** dicendum quod illud verbum apostoli est intelligendum de illis senioribus qui non solum etate vel auctoritate. sed etiam honestate sunt senes. **fm illud nume. xi.** congrega mihi. **xvi.** viros de senioribus israel. quos tu nosti quod senes populi sunt. Si autem auctoritatem senectutis in instrumentum malicie veritatis publice peccando. sunt manifeste et acriter arguendi. sicut et daniel dixit daniel. **ij.** in ueterate dierum malorum.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod non omnia publice docere debuerit. legitur enim multa seorsum discipulis dixisse. sicut patet in sermone cene. **unde et Matth. x.** dixit quod in aure audistis in cubilibus. predicabitur in tectis. Non ergo omnia publice docuit. **Pre.** profunda sapientie non sunt nisi profectis exponenda. **fm illud. i. ad. Cor. ij.** sapientiam loquimur inter perfectos sed doctrina christi continebat profundissimam sapientiam. ergo non erat imperfecte multitudini comunicanda. **Pre.** idem est veritatem aliquam occultare silencio et obscuritate verborum. sed christus veritatem quam predicabat occultabat turbis obscuritate verborum. quia sine parabolis non loquebatur ad eos. **ut dicitur Matth. xij.** ergo pari ratione poterat occultare silentio. **Sed contra est quod ipse dicit Joban. xvij.** in occulto locutus sum nihil. **Rn.** dicendum quod doctrina alicuius potest esse in occulto tripliciter. Uno modo quando ad intentionem docentis. qui intendit suam doctrinam non manifestare multis sed magis occultare. quod quidem contingit dupliciter. Uno modo quando ex inuidia docentis. qui vult per suam scientiam excellere. et ideo scientiam suam non vult alijs communicare. quod in christo non habuit locum. ex cuius persona dicit **Sap. vij.** quoniam sine fictione didici. et sine inuidia comunico. et honestatem illius non abscondo. Quoniam vero hoc contingit propter inhonestatem eorum que docentur ut dicit **Aug. super Johannez** quod quedam sunt mala. que portare non potest qualiscumque pudor humanus. unde de doctrina hereticorum dicit **Prover. ix.** aque furtive dulcior res sunt. Doctrina autem christi non est neque de errore neque de inmundicia. et ideo dominus dicit **Marci. iij.** nunquid veni lucerna id est vera et honesta doctrina ut sub modio ponatur. **Alio modo aliqua doctrina est in occulto. quia paucis proponitur. et sic etiam ipse nihil docuit in occulto. quia omnem doctrinam suam vel turbe tote proposuit. vel omnibus**

suis discipulis in comuni. **Unde Aug. dicit super iohannem** qui in occulto loquitur. cum coram tot hominibus loquitur. presertim si hoc loquitur paucis quod per eos vel innotescere multis. Tertio modo aliqua doctrina est in occulto quantum ad modum docendi. et sic christus quendam turbis loquebatur in occulto parabolis utens ad nuncianda spiritualia misteria. ad que capienda non erant idonei vel digni. et tamen inelius erat eis vel sic sub tegumēto parabolarum spiritualium doctrinam audire. quam omnino ea prauari. harum tamen parabolarum aptam et nudam veritatem. dominus discipulis exponere per quos veniret ad alios qui essent idonei **fm illud. ij.** ad thimo. quod audisti a me per multos testes hec comēda fidelibus hoibus qui idonei erunt et alios docere. Et hoc signatum est **nume. iij.** ubi mandatur quod filij aaron inuoluerent vasa sanctuarij. que leuite inuoluta portarent. **Ad. i.** ergo videtur quod sicut **bylarius dicit super Matth.** exponens illud verbum inductum. non legitur dominus solitum fuisse nobiscum sermonem habere. et doctrinam in tenebris tradidisse sed hoc dicitur quia omnis sermo eius carnalibus tenebris fuit et verbum eius in fidelibus notum est. itaque quod ab eo dictum est inter infideles cum libertate fidei et confessionis est loquendum. **Vel fm Hieronim.** comparative loquitur quia salicet et uidebat eos in partibus iudee loco respectu totius mundi. in quo erat per apostolorum predicationem doctrina christi publicanda. **Ad. ij.** dicendum quod dominus non omnia profunda sue sapientie. sua doctrina manifestauit. non solum turbis. sed etiam nec discipulis. quibus dixit **Job. xvi.** ad huc habeo multa dicere vobis que non potestis portare modo. Sed tamen quecumque dignum duxerit alijs tradere sua sapientia non in occulto sed palam proposuit. licet non ab omnibus intelligeret. **Unde Aug. dicit super iohannez.** intelligendum est ita dixisse dominum palam locutus sum mundo. ac si dixisset. in uel si me audierunt. et rursus non erat palam. quia non intelligebant. **Ad. iij.** dicendum. quod dominus turbis in parabolis loquebatur sicut dictum est. quia non erant digni nec idonei. nudam veritatem accipere. quam discipulis exponere. quod autem dicitur quod sine parabolis non loquebatur eis **fm Criso.** intelligendum est. quantum ad illum sermonem. Quis alias et sine parabolis multa turbis locutus fuerit. **Vel fm Aug.** in libro de questionibus euangelij. hoc dicitur non quia nihil proprie locutus est. sed quia nullum fere explicauit sermonem ubi non per parabolam aliquid significauerit. Quis in eo aliqua proprie dixerit.

Ad quartum sic proceditur

Videtur quod ipse debuerit suam doctrinam scripto tradere. scriptura enim inuenta est ad hoc quod doctrina committeretur memorie in futurum. sed doctrina christi duratura erat in eternum. **fm illud Lu. xxi.** celum et terra transibunt. verba autem mea non transibunt. ergo videtur quod christus doctrinam suam scripto debuerit mandare. **Pre.** lex uel in figura christi precessit **fm illud ad Hebr. x.** umbra habet lex futurorum bonorum. sed lex uetus a deo fuit descripta. **fm illud exodi. xxxij.** dabo tibi duas tabulas lapideas. et legem ac mandata que scripsi. ergo videtur quod christus doctrinam suam debuerit scribere. **Pre.** ad christum qui uenerat illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. ut dicitur **Lu. ij.** pertinebat erroris occasionem excludere. et uiam fidei aperire. sed hoc fecisset doctrinam suam scribendo. dicit enim **Aug. in lib. de consensu euā**

gelistatus, q̄ solet non nullos mouere. cur ip̄e dominus
 mihi scripsit vt alijs de illo scribentibus necesse sit crede
 re. hoc enim illi querunt vel maxime qui christum culpa
 re aut blasphemate non audent ei cui tribuunt excellen
 tissimam sapientiam. sed tamen tanq̄ homini discipulos
 vero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse quā erat
 vt eum filium dei dicerent. ⁊ verbum dei per quod facta
 sunt omnia. Et postea subdit. videntur parati fuisse hoc d̄
 illo credere q̄ de se ille scripsisset. non q̄ alij de illo p̄ suo
 arbitrio predicassent. ergo videtur q̄ christus ip̄e doctri
 nam suam scripto tradere debuerit. **S**ed contra est q̄
 nulli libri ab eo scripti habentur in canone scripture. **R**es.
 dicendum q̄ conueniens fuit christum doctrinā su
 am non scripsisse. Primo quidem propter dignitatem
 ipsius. excellentiori enim doctore. excellentior doctrine moy
 dus debetur. ⁊ ideo christo tanq̄ excellentissimo doctore
 hic modus competebar. q̄ doctrinam suam auditorum
 cordibus imprimeret. propter q̄ dicit **Matth. vii.** q̄ erat
 docens eos. sic potestatem habens. Unde etiam apud gē
 tiles pitagoras ⁊ socrates. qui fuerunt excellentissimi do
 ctore. nihil scribere voluerunt. scripta enim ordinantur
 ad impressionem doctrine in cordibus auditorum sicut
 ad finem. Secundo propter excellentiam doctrine christi
 que litteris cōprehendi non potest. s̄m illud **Johan. vlti.**
 sunt ⁊ alia multa que fecit biesus. que si scribantur p̄ sin
 gula. nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribē
 di sunt libros. quos sicut **Augu.** dicit non spacio locorum
 credendum est mundum capere non posse. sed capacitate
 legentium comprehendendi non posse. Si autē christus scri
 ptis suam doctrinā mandasset. nihil aliud de eius doctri
 na homines existimarent quam quod scriptura contine
 ret. Tertio vt ordine quodam ab ip̄o doctrina ad omnes
 perueniret. Unde ipse scilicet discipulos suos immediate
 docuit. qui postmodum alios verbo ⁊ scripto docuerunt.
 si autem ipsemet scripsisset eius doctrinam immediate ad
 omnes peruenisse. vnde ⁊ de sapientia dicitur **Prover. ij.**
 q̄ misit ancillas suas vocare ad artem. Sciendum tamē
 est sicut dicit **Augu. in. i.** de consensu euangelistarum. ali
 quos gentiles estimasse christum quosdam libros scripsis
 se. continentes quedam magica quibus miracula faciebat
 que disciplina christiana condemnat. Et tamen illi qui
 christi libros tales se legisse affirmant. nulla talia faciunt
 qualia illum de libris talibus fecisse mōstrat. diuino enī
 iudicio sic errant vt eosdem libros ad petrum ⁊ paulum
 dicant tanq̄ epistolari titulo prenotatos. eo q̄ in plurib
 locis simul eos cum christo pictos viderant. Nec mirum
 si a pingentibus fingentes decepti sunt. toto enim tempo
 re quo christus in carne mortali cum suis discipulis vixit
 non dum erat paulus discipulus eius. **Ad. i.** ergo di
 cendum q̄ sicut **Augu.** in eodem libro omnibus discipu
 lis suis tanq̄ membris sui corporis christus caput est. ita
 q̄ cum illi scripserunt que ille ostendit ⁊ dixit. nequaquā
 dicendum est q̄ ip̄e non scripserit. quando quidem mem
 bra eius id operata sunt. que dicente capite cognouerūt
 quicquid enim ille de suis factis ⁊ dictis nos legere volu
 it. hoc scribendum illis tanq̄ suis manibus imperauit.
Ad. ij. dicendum q̄ quia lex vetus in sensibilibus figu
 ris dabatur. ideo etiam conuenienter sensibilibus signis
 scripta fuit. sed doctrina christi que est lex sp̄s vite scribi
 debuit non atramento sed spiritu dei viui. non in tabu
 lis lapideis. sed in tabulis cordis carnalibus. vt aposto
 lus dicit. **ij. Cor. ij.** **Ad. ij.** dicendum q̄ illi qui scriptu

re apostolorum de christo credere nolunt. nec ipsi christo
 scribenti credidissent. de quo ipsi opinabantur q̄ magicis
 artibus fecisset miracula.

Questio. XLIII.

Quinde consideranduz

est de miraculis a christo factis. Et primo in
 generali. Secundo in speciali d̄ singulis mi
 raculorum generibus. Tertio in particulari de transfigu
 ratione ipsius. Circa primum queruntur quattuor. Pri
 mo vtrum christus debuisset miracula facere. Secundo
 vtrum fecerit ea virtute diuina. Tertio quo tempore in
 cepit miracula facere. Quarto vtrum per miracula fue
 rit sufficienter ostensa eius diuinitas.

Ad primuz sic procedit

Videtur q̄ christus miracula facere non debuerit. factū
 enim christi verbo ipsius debuit concordare. sed ip̄e dixit
Matth. xvi. generatio mala ⁊ adultera signum querit. et
 signum non dabitur ei nisi signum iōne prophete. ergo
 non debuit miracula facere. **P**re. sicut christus in se
 cundo aduentu. venturus est in virtute magna ⁊ maiesta
 te. vt dicitur **Matth. xxiij.** ita ⁊ in primo aduentu venit
 in infirmitate. s̄m illud **Gal. liq.** virum dolorem ⁊ scien
 tem infirmitatem. sed operatio miraculorum magis per
 tinet ad virtutem q̄ ad infirmitatem. ergo non fuit con
 temens vt in primo aduentu miracula faceret. **P**re.
 Christus venit ad hoc vt per fidem homines saluaret. s̄m
 illud ad **hebr. xij.** aspicientes in auctorem fide ⁊ consumma
 torem biesum. sed miracula diminuunt mentum fidei.
 vnde **Johan. iij.** nisi signa ⁊ prodigia videritis non cre
 ditis. ergo videtur q̄ christus non debuit miracula face
 re. **S**ed contra est q̄ ex persona aduersariorum dicit
Johan. xi. quid facimus. quia hic homo multa signa fa
 cit. **R**es. dicendum q̄ diuinitas conceditur homini mi
 racula facere propter duo. Primo quidem ⁊ principali
 ter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet. qz
 enim ea que sunt fidei. humanam rationem excedunt. nō
 possunt per rationes humanas probari. sed oportet q̄ pro
 bentur per argumentum diuine virtutis. vt dum aliquis
 facit opera que solus deus facere potest. creditur ea que
 dicuntur esse a deo. sicut cum aliquis defert literas annu
 lo regis signatas. creditur ex voluntate regis processisse
 quod in illis continetur. Secundo ad ostendendum pre
 sentiam dei in homine per gratiam spiritus sancti vt dum
 scilicet homo facit opera dei. creditur deus habitare in eo
 per gratiam. Unde dicitur ad **galla. iij.** qui tribuit vobis
 spiritum. ⁊ operatur virtutes in vobis. vtrumq̄ autem cir
 ca christum erat hominibus manifestandum. scilicet qd̄
 deus esset in eo per gratiam. non adoptionis sed vnionis
 ⁊ q̄ eius supernaturalis doctrina esset a deo. ⁊ ideo conue
 nientissimum fuit vt miracula faceret. Unde ip̄e dicit **Jo
 han. x.** si mihi non vultis credere operibus credite. ⁊ **Jo
 han. v.** opera que dedit mihi pater vt faciam. ip̄a sunt que
 testimonium perhibent de me. **Ad. i.** ergo dicendum
 q̄ hoc q̄ dicit. signum non dabitur ei nisi signum iōne sic
 intelligendum est vt **Criso st.** dicit. q̄ non acciperent ta
 le signum quale periebant de celo. non q̄ nullum signum
 eis dederit. Vel quia signa faciebat. non propter eos q̄
 sciebat lapideos esse. sed vt alios emendaret. ⁊ ideo non
 eis sed alijs illa signa dabantur. **Ad. ij.** dicendum q̄

licet christus venerit in infirmitate carnis. quod manifestatur per passiones. venit tamen in virtute dei. quod erat manifestandum per miracula. **¶** Ad. ij. dicendum quod miracula tantum diminuunt meritum fidei. in quantum per hoc ostenditur duricia eorum qui nolunt credere ea que scriptis divinis probantur. nisi per miracula. Et tunc melius est eis ut per miracula convertantur ad fidem. **¶** Quod omnino in infidelitate permaneant. dicitur enim **1. Cor. xij.** quod signa data sunt infidelibus. ut convertantur ad fidem.

Ad secundum sic procedit

Videtur quod christus non fecerit miracula virtute divina. virtus enim divina est omnipotens. sed videtur quod christus non fuerit omnipotens miracula faciendo. dicitur enim **Matth. vi.** quod non poterat ibi scilicet in patria sua ullam virtutem facere. ergo videtur quod non fecit miracula virtute divina. **¶** Pre. dei non est orare. sed christus aliquando in miraculis faciendo orabat. ut patet in suscitacione lazari. **Johan. xi.** et in multiplicacione panum ut patet **Matth. xij.** ergo videtur quod non fecit miracula virtute divina.

¶ Pre. ea que virtute divina fiunt. non possunt virtute alicuius creature fieri. sed ea que christus faciebat. poterant etiam fieri virtute alicuius creature. unde et pharisaei dicebant quod in belzeub principe demoniorum. eiciebat demonia. ergo videtur quod christus non fecit miracula virtute divina. **¶** Sed contra est quod dicitur **Johan. x.** patet in me manens ipse fecit opera. **¶** Rñ. dicendum quod sicut in prima parte habitum est vera miracula sola virtute divina fieri possunt. quia solus deus potest mutare naturam ordinem. quod pertinet ad rationem miraculi. unde **Leo papa.** dicit in epistola ad flavianum. quod cum in christo sunt due nature. una earum est scilicet divina que fulget miraculis. alia humana que succumbit iniurijs. et tamen una earum agit cum communicatione alterius. in quantum scilicet humana natura est instrumentum divine actionis. et actio humana virtutem accepit a natura divina sicut supra habitum est. **¶** Ad. i. ergo dicendum quod hoc quod dicitur non poterat ibi ullam virtutem facere. non est referendum ad potentiam absolutam. sed ad id quod potest fieri congruenter. non enim congruum erat ut inter credulos operaretur miracula. unde subditur et mirabatur propter incredulitatem eorum secundum quem modum dicitur **Gen. xxiij.** non celare poterit abraam que gesturus sum. **¶** Et. xij. non poterit facere quicquam donec ingrediatis illuc. **¶** Ad. ij. dicendum quod dicit **Criso.** super illud **Matth. xij.** acceptis qui non panibus et duobus piscibus aspiciens in celum benedixit ac fregit. oportebat inquit crediti christo. quoniam a parte. et quoniam ei equalis est. et ideo ut utrumque ostendat. nunc quidem cum potestate. nunc autem orans miracula fecit. et in minoribus quidem respicit in celum. pura in multiplicacione panum. in maioribus autem que sunt solus dei. cum potestate agit. puta quando peccatum dimisit. mortuos suscitavit. Quod autem dicitur **Johan. xi.** quod in suscitacione lazari oculos sursum levavit. non propter necessitatem suffragij. sed propter exemplum hoc fecit. unde dicit propter populum qui circumstant duri ut credant quia tu me misisti. **¶** Ad. ij. dicendum quod christus alio modo expellebat demones quam virtute demonum expellebantur. Nam virtute superiorum demonum ita demones a corporibus expelluntur. quod tamen remanet dominium eorum quantum ad animam. non enim

contra regnum suum agit diabolus. Sed christus demones expellebat. non solum a corpore sed multo magis ab anima. Et ideo dominus blasphemiam dicentium eum virtute demoniorum demonia eicere reprobat. **¶** Primo quidem per hoc quod sathanas contra seipsum non dicitur. **¶** Secundo exemplo aliorum qui demonia eiciebant per spiritum dei. **¶** Tertio quia demonium expellere non posset. nisi ipsum vicisset virtute divina. **¶** Quarto quod nulla convenientia in operibus nec in effectu erat sibi et sathane. cum sathanas dispergere cuperet. quos christus colligebat.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod christus non incepit miracula facere in nuptijs mutando aquam in vinum. legitur enim in libro de infantia salvatoris quod christus in sua puericia multa miracula fecit. **¶** Sed miraculum de conversione aque in vinum fecit in nuptijs. tricelimo vel tricelimo primo anno sue etatis. ergo videtur quod non incepit tunc miracula. facere. **¶** Pre. christus faciebat miracula secundum virtutem divinam. sed virtus divina in eo fuit a principio sue conceptionis. et tunc enim fuit deus et homo. ergo videtur quod a principio miracula fecerit. **¶** Preterea christus post baptismum et temptationem cepit discipulos congregare. ut legitur **Matth. xij.** et **Johan. i.** Sed discipuli congregati sunt ad ipsum propter miracula. sicut **Lu. v.** dicitur quod petrum vocavit obstupescens propter miraculum quod fecerat in captura. ergo videtur quod ante miraculum quod fecit in nuptijs fecerit alia miracula. **¶** Sed contra est quod dicitur **Johan. ij.** hoc fecit initium signorum hiesus in chana galilee. **¶** Responso dicendum quod miracula facta sunt a christo propter confirmationem doctrine eius. et ad ostendendum virtutem divinam in ipso. Et ideo quantum ad primum non debuit incipere docere ante perfectam etatem. ut supra habitum est. cum de baptismo eius ageretur. Quantum autem ad secundum sic debuit per miracula divinitatem ostendere. ut crederetur veritas divinitatis ipsius. et ideo sicut dicit **Criso.** super iohannem decenter non incepit signa facere ex prima etate. existimant enim fantasiam esse incarnationem. et ante oportu tempus cruci eum tradidissent. **¶** Ad primum ergo dicendum quod sicut dicit **Criso.** super iohannem ex verbo iohannis baptiste dicens ut manifestaret in israel. propterea veni ego in aqua baptizans manifestum est quod illa signa que quidam dicunt in puericia a christo facta. mendacia et fictiones sunt. si enim a prima etate miracula fecisset christus. nequaquam eum iohannes ignorasset. neque reliqua multitudo indignisset magistro ad manifestandum eum. **¶** Ad secundum dicendum quod divina virtus operabatur in christo secundum quod erat necessarium ad salutem humanam. propter quam carnem assumpserat. et ideo sic miracula fecit virtute divina. ut fidei de veritate carnis eius. preiudicium non fieret. **¶** Ad. ij. dicendum quod hoc ipsum ad laudem discipulorum pertinet. quod christum secuti sunt cum nulla enim miracula facere vidissent sicut **Grego.** in omelia. Et sicut **Criso.** dicit maxime tunc signa necessaria erant facere. quando discipuli iam congregati erant. et de more attendentes his que fiebant. unde subditur et crederunt in eum discipuli eius. non quia tunc primum crediderunt. sed quia tunc diligentius et perfectius crederunt. **¶** Vel discipulos vocat eos qui futuri erant discipuli sicut exponit **Aug.** in lib. de consensu evangelistarum.

Ad quartū sic proceditur

Videtur quod miracula que christus fecit non fuerunt sufficientia ad eius diuinitatem ostendendam. esse enim deus et hominem proprium est christo. sed miracula que christus fecit etiam ab alijs sunt facta. ergo videtur quod non fuerint sufficientia ad ostendendum diuinitatem ipsius.

Pre. virtuti diuinitatis nihil est maius sed aliqui fecerunt maiora miracula quam christus. dicitur enim Jobā. nūq. qui credit in me opera que ego facio. et ipse faciet. et maiora horum faciet. ergo videtur quod miracula que christus fecit. non fuerint sufficientia ad ostendendum diuinitatem ipsius. **Preterea** ex particulari non sufficienter ostenditur vniuersale. sed quodlibet miraculorum christi fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorum potuit manifestari sufficienter diuinitas christi ad quam pertinet vniuersalem virtutem habere de omnibus.

Sed contra est quod dominus dicit Jobā. v. opera que deo vobis pater ut faciam testimonium perhibent de me.

Responsio dicendum quod miracula que christus fecit sufficientia erant ad manifestandum diuinitatem ipsius. **Primo** quidem secundum ipsam speciem operum. que transcendebant omnem potestatem create virtutis. et ideo non poterant fieri nisi virtute diuina. **Et propter hoc** cecus illuminatus dicebat Job. ix. a seculo non est auditus quia apperuit quis oculos ceci nati. nisi esset hic a deo non posset facere quicquam. **Secundo** propter modum miracula faciendi. quia scilicet quasi propria potestate miracula faciebat. non autem orando sicut alij. unde dicitur Luce. vi. quod virtus de illo exibat et sanabat omnes. per quod ostenditur sicut cecillus dicit quod non accipiebat alienam virtutem. sed cum esset naturaliter deus. propriam virtutem super infirmos ostendebat. **Unde super illud Bar. viij.** et ciebat spiritus verbo. et omnes male habentes curauit. dicit **Luce. iij.** intende quamnam multitudinem curaram transcurrant euangeliste non vnumquemque curarum enarrantes. h. vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducens. et ex hoc ostendebatur quod haberet virtutem coequalē patri. **Item illud Job. v.** quecumque pater facit hec et filius similiter facit. et ibidem. sicut pater suscitatur mortuos et viuificat. sic et filius quos vult viuificat. **Tertio** ex ipsa doctrina. qua se deum dicebat que nisi vera esset non confirmaretur miraculis virtute diuina factis. **Et ideo dicitur Marci. i.** que nam est doctrina hec noua? quia in potestate spiritibus immundis imperat. et obediunt ei. **Ad. i.** ergo dicendum quod hec erat obiectio gentilium. vnde Augustinus dicit in epistola ad volusianum. nulla inquit competentibus signis tante maiestatis indicia claruerunt. quia latalis illa purgatio. qua scilicet demones effugabat. debilius cura. reddita vita defunctis. si et alia considerantur doctorum parua sunt. **Et ad hoc** responderet Augustinus. fatemur et nos talia quia quidem fecisse prophetas. sed etiam ipse moyses et ceteri prophete dominum hiesum prophetauerunt. et ei gloriam magnam dederunt. qui propterea talia et ipse facere voluit. ne esset absurdum quod per illos fecerat. si ipse non faceret. sed tamen et aliquid proprium debuit facere. nasci de virgine. resurgere a mortuis. in celum ascendere hoc deo qui parum putat quid plus expectet ignoro. **Unde** de homine assumpto alium mundum facere debuit. ut etiam esse crederemus per quem factus est mundus. sed nec maior mundus nec isti equalis in hoc fieri posset. si autem

minorem faceret infra ipsum. similiter hoc quoque parum putaretur. que tamen alij fecerunt christus excellentius fecit. unde super iohannes xv. si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit etc. dicit Augustinus. nulla in operibus christi videntur maiora quam suscitatio mortuorum. quorum scimus etiam antiquos fecisse prophetas. fecit tamen alij qua christus que nemo alius fecit. **Si** responderetur non et alios fecisse. que nec ipse nec alius fecit. sed quod tamen multa vitia. et malas valitudines conuersationesque mortalium tanta potestate sanaret. nullus omnino antiquorum legitur fecisse. **Ut enim** taceatur quia iubendo sicut occurrerant saluos singulos fecit. **Bar.** dicit quocumque introibat in vicus aut in villas aut ciuitates. in plateis ponebant infirmos et deprecabantur eum ut vel simbram vestimenti eius tangerent. et quotquot tangebant eum salui fiebant. hoc nemo alius fecit in eis. sic enim intelligendum est in eis non inter eos et coram eis. sed proxtus in eis. quia sanauit eos nec tamen alius quicumque in eis talia opera fecit quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit. ipso faciente fecit. **Ad secundum** dicendum quod Augustinus exponens illud verbum iohannis. inquit que sunt ista opera maiora que credentes in eum erant facturi an forte quod egros ipse transeuntibus etiam eorum vmbra sanabat. magis est enim quod sanet vmbra quam simbram. verum tamen quando christus ista dicebat verborum suorum facta et opera commendabat. cum enim dixit pater in me manens ipse facit opera que opera tunc dicebat nisi illa que loquebatur. et eorundem verborum fructus erat fides illorum. verum tamen euangelizantibus discipulis. non tam pauci quam illi erant. sed gentes etiam crediderunt. **Nonne** ab ore ipsius diues ille tristis abscessit. et tamen postea quod ab illo auditum non fecit vnus. fecerunt multi. cum per discipulos loqueretur. **Ecce** maiora fecit. predicatus a credentibus. quod locutus audientibus. quia hoc ad hoc monet. quod hic maiora per apostolos fecit. **Non autem** ipse tantum signans ait qui credit in me. **Audi ergo** qui credit in me. opera que ego facio ipse faciet. prius ego facio. deinde faciet. quia facio ut faciat que opera et ut ex impio iustus fiat. quod vniuersum in illo. sed non sine illo christus operatur. proxtus hoc maius esse dixerim. quod create celum et terram. celum enim et terra transibunt. predestinatorum autem salus et iustificatio permanet. **Sed** in celis angeli opera sunt christi nunquid his operibus maiora facit. qui cooperatur christo ad suam iustificationem. iudicet qui potest. vtrum maius sit create iustos quam impios iustificare. certe si equalis est vtrumque potentie. hoc maioris est misericordie. **Sed** omnia opera christi intelligere. vbi ait maiora horum faciet. nulla nos necessitas cogit. **Horum enim** forsitan dixit. que illa hora faciebat tunc autem verba fidei faciebat. et vniuersum minus est verba predicare iusticie. quod fecit preter nos. quam impium iustificare. quod ita fecit in nobis ut faciamus et nos. **Ad tertium** dicendum quod quando aliquod particulare opus proprium est alicuius agentis. tunc per illud particulare opus. probatur tota virtus agentis sicut cum ratiocinari sit proprium hominis. ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso quod ratiocinatur. circa quocumque particulare opus. **Et** similiter cum propria virtute miracula facere sit solius dei. sufficienter ostenditur christus esse deum. et quocumque miraculo. quod propria virtute fecit.

Questio XLIII.

Deinde consideranduz

est de singulis miraculorum speciebus. Et primo de miraculis que fecit circa spirituales substantias. Secundo de miraculis que fecit circa corpora. Tertio de miraculis que fecit circa homines. Quarto de miraculis que fecit circa creaturas irrationales.

Ad primuz sic procedit

Videtur qd miracula que fecit christus circa spirituales substantias non fuerunt convenientia. Inter spirituales enim substantias facti angeli prepotent demonibus. quia vt Augu. dicit. iij. de trini. spiritus vite rationalis. veler tot atq; peccator regitur per spiritum vite rationalem pibz et infum. sed christus non legitur miracula fecisse circa angelos bonos. ergo etia; neq; circa demones aliqua miracula facere debuit. ¶ Preterea miracula christi ordinabantur ad manifestandum diuinitatem ipsius. sed diuinitas christi non erat demonibus manifestanda quia per hoc impeditum fuisset misterium passionis eius. fm illud prima Cor. ij. si cognouissent nunq; dominuz glorie crucifixissent. ergo non debuit circa demones aliqua miracula fecisse. ¶ Preterea miracula christi ad gloriam dei ordinabantur. vnde dicitur Mathe. ix. qd videntes turbe paralyticum a christo sanatum. timuerunt et glorificauerunt deum. qui talem potestatem dedit hominibus. s; ad demones non pertinet glorificare deum. quia non est speciosa laus ore peccatoris. vt dicitur Ecclesiastici. x. v. vñ et sicut dicitur Mathe. i. et Luce. iij. non linebat demonia loqui. ea que ad gloriam ipsius pertinebant. ergo videtur non fuisse conueniens qd circa demones aliqua miracula faceret. ¶ Preterea miracula a christo facta. ad salutem hominum ordinantur. sed quedaz demonia. ab hominibus eiecta fuerunt cum hominum detrimento. quarum quidam corporali. vt dicitur Mathe. ix. qd demon ad preceptum christi exdamans. et multum discerpens hominem. exijt ab homine. et factus est sicut mortuus. ita vt multi dicerent quia mortuus est. Quandoq; etiam cum dampno rerum. sicut quando demones ad eorum peces misit vt porcos. quos precipitauerunt in mare. vnde ciues illius regionis rogauerunt eum vt transiret a finibus eorum. sicut legitur Mathe. viij. ergo legitur inconuenienter fecisse huiusmodi miracula. ¶ Sed contra est qd Zach. xij. hoc preiudicatum fuerat. vbi dicitur spiritum immundum auferam de terra. ¶ Responsum dicendum qd miracula que christus fecit. argumenta quedam fuerunt fidei. quam ipse docebat. futurum autem erat qd per virtutem diuinitatis eius. excluderet demonum potestatem ab hominibus credituris in eum. fm illud Job. xij. nunc princeps mundi huius etijcietur foras. et ideo conueniens fuit vt inter alia miracula etiam obsessos a demonibus liberaret. ¶ Ad primum ergo dicendum qd homines sicut per christum erant a potestate demonum liberandi. ita per eum erant angelis consociandi. fm illud col. lo. i. pacificans per sanguinem crucis eius. que in celis et in terris sunt et ideo circa angelos aliqua miracula hominibus demonstrare non conueniebat. nisi vt angeli hominibus apparerent. quod quidem factum est in natiuitate ipsius. et in resurrectione et in ascensione. ¶ Ad secunduz dicendum qd sicut Augu. dicit. ix. de ciuitate dei christus

tantum innotuit demonibus quantum oportuit. sed innotuit eis non sicut angelis sanctis per id quod est vita eterna. sed per quedam temporalia sue virtutis effecta et primo quidem videntes christum esurire post ieiunium. estimauerunt eum non esse filium dei vnde super illud Lu. iij. si filius dei es dicit Ambro. quid sibi vult talis sermone exorsus. nisi quia cognouerit dei filium esse venturum. s; per infirmitatem corporis non putauit. sed postmodum visis miraculis ex quadam suspitione coniecturauit eum esse filium dei. vnde super illud Marei. i. scio quia sis sanctus dei. dicit Criso. qd non certam aut firmam aduentus dei habebat noticiam. sciebat tamen ipm esse christum in lege promissum. vnde dicitur Luce. iij. quia sciebant ipsum esse christum. qd autem conhibebatur ipsum esse dei filium magis erat ex suspitione qd ex certitudine vnde Beda dicit super lucam demonia filium dei conhibentur. Et sicut dicitur postea. sciebant eum esse christum quia cum ieiunio fatigatum eum esse diabolus videre verum hominem intellexit. sed quia temptando non preualuit. vtrum filius dei esset dubitabat. nunc autem per signorum potentiam vel intellexit dei potius suspicatus est eum esse filium dei. non ideo igitur iudeis eum crucifigere persuasit. quia christum siue dei filium non esse putauit. sed quia se morte illius non preuidit esse dampnatum. de hoc enim misterio a seculis abscondito dicit Apol. qd nemo principum huius seculi cognouit. si enim cognouissent nunq; dominum glorie crucifixissent. ¶ Ad tertium dicendum qd miracula in expulsiōe demonum non fecit christus propter vilitatem demonum. sed propter vilitatem hominum. vt ipsi eum glorificarent. et ideo prohibuit eos loqui ea que ad laudem ipsius pertinebant. Primo quidem propter exemplum. vt dicit abanasius compescebat eius sermonem. quibus vera sciretetur. vt nos asuefaciat ne curemus de talibus etiam si vera loqui videntur. nephas est enim vt cum alit nobis scriptura diuina instruat a diabolo. Secundo propter periculum. quod veritati frequenter demones immiscunt mendacia. Vel sicut Criso. dicit non oportebat eos surripere officij apostolici gloriam. nec debebat christi misterij lingua veritate publicari. quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Tertio quia vt Beda dicit volebat ex hoc inuidiam accendere iudeorum. vnde etiam ipsi apostoli iubentur reticere de ipso ne diuina maiestate predicata passionis dispensatio differatur. ¶ Ad quartum dicendum qd christus specialiter venerat docere et miracula facere. propter vilitatem hominum principaliter quantum ad anime salutem et ideo permisit demones quos eijciebat hominibus aliquid quod nocuum inferre vel in corpore vel in rebus propter anime humane salutem. ad hominum scilicet instructionem vnde Criso. dicit super Mathe. qd christus permisit demonibus in porcos ire. non quasi a demonibus persuasus. sed primo quidem vt instruat magnitudinem nocuum demonum qui hominibus insidiantur. Secundo vt homines discerent. quoniam neq; aduersus porcos auderent aliquid facere nisi ipse concesserit. Tertio vt ostenderet qd grauiora in illos homines operari essent qd in illos porcos. nisi essent diuina. puidencia adiuni. Et propter easdem etiam causas permisit eum qui a demonibus liberabatur grauius ad horam affligi. a qua tamen afflictione enim continuo liberauit. Per hoc etiam ostenditur vt Beda dicit qd sepe dñi quetti ad deuz post peccata conu

inter maiori... nouis antiqui hostis... qd facit velut odiu virtutis incuciat... Factus est etiam homo sanatus velut mortuus... Hierony. dicit. quia sanatus dicitur mortui estis. et vita vestra abscondita est cum christo in deo.

Ad secundu sic procedit

Uidenturq inconuenienter fuerunt a christo miracula facta circa corpora celestia... Hierony. dicit. iij. ca. de diu. no. diuine prouidentie non est naturam corrumpere sed saluare. corpora autem celestia fm suam naturam sunt incorruptibilia et inalterabilia... Ad primu ergo dicendum q sicut corporibus inferioribus naturale est moueri a corporibus celestibus que sunt superiora fm nature ordinem ita etiam naturale est cuilibet creature vt transmutet fm eius voluntatem... Unde Aug. dicit. xxi. contra faustum. et habetur in glo. ad Ro. xi. super illud contra naturam infertus es... Deus creator et conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit quia id est cuius rei natura qd facit. et ita non corrumpitur natura celestium corporum. cu eorum cursus immutatur. corrumpetur autem si ab aliqua alia causa immutaretur... Ad secundum dicendum q per miraculum a christo factum non est peruersus ordo temporum. nam fm quosdam ille tenebre vel solis obscuratio que in passione christi accidit fuit propter hoc q sol suos radios retraxit nulla imutatione facta circa motum celestium corporum. fm quem tempora mensuran-

tur. In Hierony. dicit super Mattheum luminare matius videtur retraxisse radios suos. ne aut pendente viderent dominum. aut impj blasphemantes. sua luce fruerentur. talis autem retractio radiorum non sic est intelligenda. quasi sol in sua potestate habeat omittere vel retrahere radios. non enim ex electione sed ex natura radios emittit. vt dicit Dionysius. vii. ca. de diu. no. sed sol dicitur retrahere radios in qm diuina virtute factus est vt solis radij ad terram non peruenirent. Origenes autem dicit hoc accidisse per interpositionem nubium. In super Mattheo. dicit. conueniens est intelligere quosdam tenebrosas nubes multas et magnas occurrisse super hierusalem et terram iudee. et ideo facte sunt tenebre profundae a sexta hora vsq ad nonam arbitror enim sicut et cetera signa que facta sunt in passione scilicet q velum est factum q terra tremuit. et in hierusalem tantum facta sunt ita et hoc. aut si latius voluerit quis extendere ad terram iudee. propter hoc q dicitur q tenebre facte sunt in vniuersa terra. qd intelligitur de terra iudea. sicut in libro regum dixit Abias ad heliam. viuit deus tuus. si est gens aut regnum vbi non misit dominus meus querere te. ostendens q eum quererent in gentibus que sunt circa iudeam Sed circa hoc magis est credendum dionysio. qui oculata fide insperit hoc accidisse non per interpositionem lune inter nos et solem. dicit enim in epistola ad polycarpum. inopinabiliter soli lunam incidentem videbamus in egypto. scilicet existentes vt ibidem dicitur Et designat ibi q tuorum miracula. Primum miraculum est. q naturalis eclipsis solis per interpositionem lune nunq accidit nisi tempore conuentionis solis et lune. tunc autem erat luna in oppositu ad solem. xv. existens. quia erat pascha iudeorum Unde dicit. non enim erat conueniens tempus. Secundum miraculum est. quia cum circa horam sextam luna visa fuisset simul cum sole in medio celi. in vespertis apparuit in suo loco. id est in oriente opposita soli. vnde dicit et rursus ipsam vidimus scilicet lunam a nona hora scz in qua recessit a sole cessantibus tenebris vsq ad vespertinam supernaturaliter restitutam ad diametrum solis. id est vt diametraliter esset soli opposita. Et sic patet q non est turbatus consuetus temporum cursus. quia diuina virtute factum est q ad solem supernaturaliter accederet preter debitum tempus. et q a sole recedens in locum proprium restitueretur tempore debito. Tertium miraculum est q naturaliter eclipsis solis semper incipit ab occidentali parte. et peruenit vsq ad orientalem. et hoc ideo quia luna fm proprium motum quo mouetur ab occidente in orientem est velocior sole in suo proprio motu. Et ideo luna ab occidente veniens attingit ad solem. et pertransit ipsum ad orientem tendens. Sed tunc luna iam pertransierat solem. et distabat ab eo per medietatem circuli in oppositu ne existens. vnde oportuit q reuertetur ad orientem versus solem. et attingeret ipsum primo ex parte orientali. q cedens versus occidentem. et hoc est quod dicit eclipsis etiam ipsam vidimus inchoatam. et vsq ad solarem terminum venientem. quia totum solem eclipsa uir postea hinc regredientem. Quartum miraculum fuit q in naturali eclipsi ex eadem parte incipit sol reapparere ex qua parte incepit obscurari. quia luna se soli subiciens naturali suo motu solem pertransit versus orientem. et ita partem occidentalem solis qua primo occupauerat primo etiam derelinquit. tunc aut luna miraculose ab oriente versus

occidentem rediens non pertransiit solem ut esset eo orientior. sed postquam peruenit ad terminum solis reuersa est versus orientem. et ita partem solis quaz ultimo occupauit primo etiam dereliquit. et sic ex parte orientali inchoata fuit eclipsis. sed in parte occidentali prius incepit claritas apparere. et hoc est quod dicit Rursus vidimus non ex eadem parte solis et defectum et repurgationem. sed e contra secundum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chryso. super Mattheum. dicens quod tribus horis tunc tenebre permanserunt. cum eclipsis solis in momento pertranserat. non enim habet moram ut sciunt illi qui conspexerunt. Unde datur intelligi. quod luna quiescit sub sole. nisi forte velimus dicere quod tempus tenebrarum computatur ab instanti quo incepit sol obscurari usque ad instanti in quo sol fuit totaliter repurgatus. Sed sicut origenes dicit super Mattheum. aduersus hoc filij seculi butius dicunt quoniam hoc factum tam miraculosum nemo grecorum aut barbarorum scripsit. et dicit quod quidam nomine siegon in cronica suis scripsit hoc in principatu iherosolimitani cesaris factum sed non signauit quod fuerit in luna plena. potuit ergo hoc contingere. quia astrologi vbiq; terrarum tunc temporis existentes non sollicitabantur de obseruanda eclipsi. quia tunc non erat. sed illam obscuritatem ex aliqua passione aeris putauerunt accidere. sed in egypto vbi raro nubes apparent propter aeris serenitatem permorsus est Dionysius et socij eius ut predicta circa illam obscuritatem obseruarent. Ad tertium dicendum quod tunc precipue oportet at in christo per miracula diuinitatem christi ostendere quando in eo maxime apparebat infirmitas secundum humanam naturam. et ideo in christi natiuitate stella noua apparuit in celo. vnde maximus dicit in sermone natiuitatis si presere despicis erige paulisper oculos et nouam in celo stellam protestantem mundo natiuitatem dominicam intruere. in passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem christi apparuit. et ideo oportuit ut maiora miracula ostenderent circa principalia mundi luminaria. et sicut dicit Chryso. super Mattheum. hoc est signum quod petentibus promittebat dare dicens. generatio praua et adultera signum querit. et signum non dabitur ei nisi si signum Ione prophete. et ideo multo mirabilius est in eo quod crucifixus erat hoc fieri quam ambulante eo super terram.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod inconuenienter christus circa homines miracula fecit. in homine enim potior est anima quam corpus. Sed circa corpora multa miracula fecit christus. circa animas vero nulla fecisse miracula legitur. nam neque aliquos incredulos ad fidem virtuose conuertit. sed admonendo et exteriora miracula ostendendo. neque aliquos fatuos legitur sapientes fecisse. ergo videtur quod non conuenienter fuisset circa homines miracula operari. Preterea. Sicut supra dictum est christus faciebat miracula virtute diuina. cuius proprium est subito operari et perfecte. et absque adminiculo alicuius. Sed christus non semper subito curauit homines. quoniam ad corpus. dicitur enim Marci viij. quod apprehensa manu ceci eduxit eum extra vicum. et expuens in oculos eius imposuit manus suas interrogauit eum si aliquid videret. et aspiciens ait video homines vel arbores ambulantes. deinde iterum imposuit manus super oculos eius. et cepit videre. et restitutus est. ita

ut videret clare omnia et sic patet quod non subito eum curauit. Sed primo quidem imperfecte et per spiritum. ergo videtur non conuenienter circa homines miracula fecisse. Preterea. Que se inuicem non consequuntur non oportet quod simul tollantur. sed egritudo corporis non semper ex peccato causatur. ut patet per id quod dominus dicit. Job annis. ix. Neque hic peccauit. neque parentes eius. ut cecus nasceretur. non ergo oportuit ut hominibus corporum curationem querentibus peccata dimitteret. sicut legitur fecisse circa paralyticum Matthei. ix. Presertim quod sanatio corporalis cum sit minus quam remissio peccatorum non videtur esse sufficiens argumentum. quod peccata possit dimittere. Preterea. Miracula christi facta sunt ad confirmationem doctrine ipsius. et testimonium diuinitatis eius ut supra dictum est. sed nullus debet impedire finem sui operis. ergo inconuenienter christus quibusdam miraculose curatis precepisse videtur ut nemini dicerent. ut patet Matthei. ix. et Marci. viij. Presertim quia quibusdam alijs mandauit ut miracula circa se facta publicarent. sicut Marci. v. legitur quod dixit ei quem a demone liberauerat vade in domum tuam ad tuos. et nuncia eis. quanta dominus tibi fecerit. Sed contra est quod dicitur Marci. viij. Bene omnia fecit. et furdos fecit audire. et mutos loqui. Responso dicendum quod ea que sunt ad finem debent esse fini proportionata. christus autem semel ad hoc in mundum venerat et docebat ut homines saluos faceret. secundum illud Iohannis. ij. Non enim misit teus filium suum in mundum ut iudicet mundum. sed ut saluetur mundus per ipsum. Et ideo conueniens fuit ut christus particulariter homines miraculose curando ostenderet se esse vniuersalem et spiritualement omnium saluatorem. Ad primum ergo dicendum quod ea que sunt ad finem distinguuntur ab ipso fine. miracula autem a christo facta ordinabantur sicut ad finem ad rationalis partis salutem. que consistit in sapientie illustratione. et hominum iustificatione. quorum primum presupponit secundum quod dicitur. Sapientie. i. In malivolam animam non intrabit sapientia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. iustificare autem homines non conueniebat nisi eis volentibus. hoc enim esset contra rationem iusticie. que rectitudinem voluntatis importat. et etiam contra rationem humane nature. que libero arbitrio ad bonum ducenda est. non autem per coactionem. Christus ergo virtute diuina interiori hominem iustificauit. non tamen eis iniustis. nec hoc ad miracula pertinet. sed ad miraculorum finem. similiter etiam virtute diuina simplicibus discipulis sapientiam infudit. vnde dicit eis Luce. xxi. Ego dabo vobis os et sapientiam. cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. quod quidem quantum ad interiori illuminationem inter visibilia miracula non numeratur. sed solum quantum ad exteriori actum inquam scilicet videbant homines eos qui fuerant illiterati et simplices tam sapienter et constanter loqui. Unde dicit Actuum. iij. Videntes iudei petri constantiam et Iohannis. comperto quod homines essent sine litteris et ydeote admirabantur. Et tamen huiusmodi spirituales effectus et si a miraculis visibilibus distinguantur sunt tamen quedam testimononia doctrine et virtutis christi secundum illud. Ad Hebre. ij. Constante deo signis et portentis et varijs virtutibus et spiritus sancti distributionibus. Sed tamen circa animas hominum maxime quantum ad imitandas

immundas inferiores vires christus aliqua miracula fecit. unde super illud **Marci. ix.** Surgens secutus est eum **Hierony.** dicit. fulgor ipse et maiestas diuinitatis occulte que etiam in facie relucebat humana videntes ad se retrahere poterat ex primo aspectu. Et super illud **Matth. xxi.** Efficiebat omnes vendentes et ementes. **Hierony.** dicit mihi iter omnia signa que fecit dominus hoc videtur esse mirabilis. quod vnus homo et illo tempore contemptibilis poterat ad vnus flagelli vbera tantam efficere multitudine. igneum enim quoddam et sidereum radiabat ex oculis. et diuinitatis maiestas relucebat in facie eius. **Et origenes** dicit super **Johannem** hoc esse maius miraculum eo quo aqua conuersa est in vinum. eo quod illic subsistit inanimata materia. hic vero tot milia hominum demantur ingenia. Et super illud **Johannis xviii.** Absertit retrorsum et ceciderunt in terra. **Aug.** dicit. vna voce ruitur adijt ferocem. armisq; terribilem sine telo villo percussit repulit stravit. **Deus** enim latebat in carne. Et ad idem pertinet quod dicitur **Luce. iij.** quod iesus transiens per medium illorum ibat. **ubi Chryso.** dicit quod stare in medio insidiantium et non comprehendere diuinitatis eminentiam ostendebat. Et quod dicitur **Johannis. viij.** Iesus abscondit se et exiit de templo. **ubi Aug.** dicit. non abscondit se in angulo templi. quasi timens. vel post murum vel columnam diuerrens sed celica potestate inuisibilem insidiantibus constituens per medium illorum exiit. Et qui bus omnibus patet. quod christus quando voluit virtute diuina animas hominum immutauit. non solum iustificatione et sapientiam infundendo quod pertinet ad miraculorum finem sed etiam exterius alluciendo vel terrendo vel suspirando quod pertinet ad ipsa miracula. **Ad secundum** dicendum quod christus venerat saluare mundum non solum virtute diuina sed per misterium incarnationis ipsius. et ideo frequenter in sanatione infirmorum non solum potestate diuina utebatur. curando per modum imperij. sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinentem apponendo. Unde super illud **Luce. iij.** Singulis manus imponens curabat omnes cecus dicit. quis vt de? potuisset verbo omnes pellere morbos tangit tamen eos. ostendens propriam carnem efficacem ad presentanda remedia. Et super illud **Marci. viij.** Expuens in oculos eius impositis manibus **Chryso.** dicit sicut quidem et manus imponit ceco volens ostendere quod verbum diuinum operationi adiunctum mirabilia perficit. manus enim operationis est ostensiuum. sicut sermonis ex ore prolatus. Et super illud **Johannis. ix.** Fecit lutum ex sputo. et liniuit lutum super oculos ceci dicit **Aug.** de salua sputum fecit quia verbum caro factum. vel etiam ad signandum quod ipse erat qui ex limo terre homines formauerat vt **Chryso.** dicit. Est etiam circa miracula christi considerandum. quod communitate perfectissima opera faciebat. unde super **Johannem. ij.** Dies homo primum bonum vinum ponit. **Chryso.** dicit. talia sunt christi miracula vt multo his que per naturam sunt speciosiora et vtiliora fiant. et similiter in infirmis sanitatem conferere. unde super illud **Matth. viij.** Surrexit et ministrabat illi **Hieronymus** dicit. sanitas que confertur a domino tota se redit. Specialiter autem in illo cetero contrarium fuit. propter infidelitatem ipsius vt **Chryso.** dicit. et sicut dicit **Beda** quod vno verbo totum simul curare poterat paulatim curat vt magnitudinem humane cecitatis ostendat. que vix et quasi per gradus redeat et gratiam suam nobis indicet. p

quam singula perfectionis incrementa adiuuat. **Ad tertium** dicendum quod sicut supra dictum est. christus miracula faciebat virtute diuina. dei autem perfecta sunt opera. vt dicitur **Deutro. xxxij.** Non est autem aliquid perfectum si finem non consequatur. finis autem exterioris curationis per christum facte est curatio anime. et ideo non conueniebat christo vt alicuius corporis curaret nisi curaret eius animam. unde super illud **Johannis. viij.** Totum hominem sanum feci in sabbato. dicit **Aug.** quia curatus est. vt sanus esset in anima. Specialiter autem paralitico dixit dimitte tibi peccata tua. quia vt **Hierony.** dicit super **Matth. ix.** datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata plerisque euenire corporum debilitates. Et ideo fortissimum paucis dimitte tibi peccata. vt eius debilitas ablata sanitas restitueretur. unde et **Johannis. v. dicit.** Jam noli peccare. ne deterius aliquid tibi contingat. **ubi Chryso.** dicit diximus quod ex peccato nata erat ei egritudo. Quamuis autem vt **Chryso.** dicit super **Matth. ix.** quod anima est potior corpore tanto peccatum dimittere maius est quam corpus sanare. quia tamen illud non est manifestum facit minus quod est manifestum vt demonstraret maius et non manifestum. **Ad quartum** dicit quod super illud **Matth. xi.** Videte ne quis sciat **Chryso.** dicit non est hoc contrarium quod dicit ei quod alteri dicit vade et annuncia gloriam dei. et dicit enim nos prohibere eos qui volunt nos propter nos laudare si autem ad deum gloria refertur non debemus prohibere sed magis iniungere vt hoc fiat manifestum.

Ad quartum sic procedit

Videtur quod inconuenienter fecerit christus miracula circa creaturas irrationales. Bruta enim animalia sunt non biliosa plantis. sed christus fecit aliquod miraculum circa plantas. puta cum ad verbum eius esset siccata ficulnea. vt dicitur **Matth. xxi.** Ergo videtur quod etiam christus circa animalia bruta miracula facere debuisset. **Preterea.** Pena non iuste infertur nisi pro culpa sed non fuit culpa ficulnee quod in ea christus fructum non inuenit quod non erat tempus fructuum. ergo videtur quod inconuenienter eam siccauerit. **Preterea.** Aer et aqua sunt in medio celi et terre. sed christus aliqua miracula fecit in celo vt supra dictum est. similiter etiam in terra. quando in eius passione terra mota est. ergo videtur quod etiam in aere et aqua aliqua miracula facere debuerit. vt mare diuidere. sicut fecit moyses. vel etiam pluuiam. sicut fecit **Yosue** et **helyas.** et vt fierent in aere tonitrua. sicut factus est in morte **lynai** quando lex dabatur. et sicut **helyas** fecit. **Reg. xviij.** **Preterea.** Opera miraculosa pertinent ad opus gubernationis mundi. propter diuinam prouidentiam. Hoc autem opus secundum presupponit creationem. inconuenienter ergo videtur quod christus in suis miraculis usus est creaturae. quando scilicet multiplicauit panes. non ergo conuenienter videntur fuisse eius miracula. circa creaturas irrationales. **Sed** contra est quod christus est dei sapientia. de qua dicitur. **Sapientie. viij.** quod disponit omnia suaviter. **Responsio** dicendum sicut supra dictum est miracula christi ad hoc ordinabantur. quod virtus diuinitatis agnosceretur in ipso ad hominum salutem. pertinet autem ad virtutem diuinitatis vt omnis creatura sit ei subiecta et ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eius facere oportuit. et non solum in hominibus. sed etiam in creaturis irrationabilibus. **Ad primum** ergo dicendum quod animalia

bruta propinquum se habent fm genus ad hominem. vñ
 de in eodem die cum homine facta sunt. et quia circa cor-
 pus humanum multa miracula fecerat. non oportebat
 q̄ circa corpora brutorum animalium alia miracula face-
 ret. presertim quia quantum ad naturam sensibilem et
 corporalem eadem ratio est de hominibus et animalibus
 precipue terrestribus. Pisces autem cum viuāt in aqua
 magis a natura hominum differūt. vñ et alio die facti
 sunt in quibus miraculum deus fecit. in copiosa piscium
 captura. vt legitur Luce. v. et Johannis vlti. et etiam in
 pisce quem petrus cepit. et in eo inuenit staterem. q̄ aure
 pozci in mare precipitati sunt non fuit operatio diuina mi-
 raculi. sed operatio demonum. ex permissione dei. Ad
 secundum dicendum q̄ sicut Chryso. dicit super Matib.
 q̄ in blantis vel brutis aliquid tale dominus operat. nō
 querat qualiter iuste siccata est ficus. si tempus nō erat
 hoc enī querere est vltime demencie. quia. scilicet in tali-
 bus non inuenitur culpa et pena. sed miraculum inspicere
 et ammirare miraculi factorem. nec facit creator iniuriā pos-
 sidenti si creatura suo arbitrio vtratur ad aliorum salutem.
 sed magis vt Hylarius dicit super Matheum in boni-
 tatis diuine argumentum reperimus. nam nō afferre vo-
 luit procurare per se salutis exemplum sue virtutis pote-
 state q̄ in humanis corporibus exercuit. vbi vero incōtu-
 maciā formā seueritatis p̄stitebat futuri species damno
 arboris indicauit. Et precipue vt Chryso. dicit in ficul-
 nea. que est humidissima vt miraculum magis appareat.
 Ad tertium dicendum q̄ christus etiam in aqua et
 in aere fecit miracula que sibi conueniebant. quando
 scilicet vt legitur Mathe. viij. Imperauit ventis et ma-
 ri. et facta est tranquillitas magna. non autem conuenie-
 bat ei qui omnia in statum pacis et tranquillitatis reuoca-
 re venerat vt vel turbationem aeris vel aquarum diuisio-
 nem faceret. vñ Apostolus dicit ad Hebre. xij. Non
 accessit ad tractabilem et accessibilem ignem. et turbine
 et caliginem et procellam. Circa passionem tamen diuisi-
 est velum ad ostendendum reuerentiam misteriorum leg-
 is. Aperta sunt monumenta. ad ostendendum q̄ p̄ eius
 mortem mortuis vita daretur. et terra mora ē. et petre scis-
 se ad ostendendum q̄ lapidea corda hominum p̄ eius pasi-
 sionez emolliuntur. et q̄ totus mundus virtute passio-
 nis eius erat in melius commutandus. Ad quartum
 dicendum q̄ multiplicatio panum non est facta per motum
 creationis. sed per additionem extranee materie. in
 panes conuerse. Vñ Aug. dicit super Johannez. vñ
 de multiplicat de paucis granis segetes inde in manibus
 suis multiplicauit quinque panes. Manifestum est autem
 q̄ per conuersionem grana multiplicantur in segetes.

Questio. XLV.

Deinde cōsiderandū

est de transfiguratione christi. Et circa hoc q̄
 runtur quattuor. Primo vtrum conueniens fuit christi
 transfigurari. Secundo vtrum claritas transfigurationis
 fuerit claritas glorioza. Tertio de testibus transfiguratio-
 nis. Quarto de testimonio paterne vocis.

Ad primum sic procedit.

Videtur q̄ non fuit conueniens christum transfigurari
 Non enim conuenit vero corpori vt in diuersas figuras
 mutetur sed corpori fantastico. corpus autem christi nō
 fuit fantasticum sed verum vt supra habitum est. ergo vi-

deretur q̄ transfigurari non debuit. Preterea. Figura est
 in quarta specie qualitatis. claritas autem in tertia specie
 cum sit sensibilis qualitas. assumpra ergo claritas a chri-
 sto transfiguratio dici non debet. Preterea. Corporis
 gloriozi sunt quattuor dotes vt infra dicitur. scilicet im-
 passibilitas. agilitas. subtilitas. et claritas. non ergo ma-
 gis debuit transfigurari fm assumptionem claritatis. q̄
 fm assumptionem aliorum dotorum. Sed contra est qd̄
 dicitur Mathe. xvij. q̄ Jesus transfiguratus est ante tres
 discipulorum eius. Responso dicendum q̄ comun-
 discipulos suos prenunciata passione sua induxerat eos
 ad sue passionis sequelam. oportet autē ad hoc q̄ aliquis
 directe procedat in via q̄ sinez aliquo aliter precognoscat
 sicut sagittator non recte iacet sagittam nisi prius signuz
 prospexerit. in qd̄ iaciēda est. vñ et Thomas dicit Jo-
 hannis. xij. Domine nescimus quo vadis. et quomodo
 possumus viam scire. et hoc precipue est necessarium. qm̄
 via est difficilis et aspera. et iter laboriosum. finis vero io-
 cundus. christus autem per suam passionem ad hoc per-
 uenit vt gloriam obtineret. non solum anime. quam ha-
 buit a principio conceptionis sed etiam corporis. fm illud
 Luce vlti. Hec oportuit christum pati. et intrare glori-
 am suam. ad quā etiam perducit eos qui vestigia sue pas-
 sionis secuntur. fm illud Act. xv. Per multas tribulatio-
 nes oportet nos intrare in regnum celorum. et ideo con-
 ueniens fuit vt discipulis gloriam sue claritatis ostende-
 ret. qd̄ est ipsum transfigurati cui suos configurabit. fm
 illud ad Philippi. ij. Reformabit corpus humilitatis
 nostre. configuraturū corpori claritatis sue. vñ Beda di-
 cit super Matheum pia permissione factum est. vt con-
 templatione supermanantis gaudij breue tempus detrua-
 ra. fortius aduersa tollerent. Ad primum ergo dicen-
 dum q̄ Hierony. dicit super Matheum. nemo putet chri-
 stuz per hoc q̄ transfiguratus dicitur pristinam formā et
 faciem perdidisse. vel amisisse corporis veritatem. et al-
 sumplisse corpus spirituale vel aereum. sed quomodo tras-
 figuratus sit euangelista demonstrat dicēs. resplenduit
 facies eius sicut sol. vestimenta autem eius facta sunt al-
 ba sicut nix. vbi splendor faciei ostenditur. et candor ve-
 scribitur vestium. non substantia tollitur. sed gloria com-
 muratur. Ad secundum dicendum q̄ figura circa ex-
 tremum corporis consideratur. est enim figura que ter-
 mino vel terminis clauditur. et ideo omnia illa que circa
 extremitatem corporis considerantur ad figuram quod-
 ammodo pertinere videntur. sicut autem color ita et clari-
 tas corporis non transparentis in eius superficie accendi-
 tur. et ideo assumptio claritatis transfiguratio dē. Ad
 tertium dicendum q̄ inter predictas quattuor dotes so-
 la claritas est claritas ipsius persone in seipsa. Alie vero
 tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu vel motu
 seu in passione. Ostendit ergo christus in seipso aliqua il-
 larum trium dotorum indicia. pura agilitatis cum supra vn-
 das maris ambulauit. Subtilitatis quando de clauso vte-
 ro virginis exiuit. Impassibilitatis quando de manibus
 iudeorum vel precipitate vel lapidate eum volentium il-
 lesus euadit. Nec tamen propter illas transfiguratus di-
 citur. sed propter solam claritatem que pertinet ad aspe-
 ctū persone ipsius.

Ad secundum sic procedi-

tur. Videtur q̄ illa claritas non fuit claritas glorioza.
 Dicit enim quedam glosa Bede. super illud Mathe

Matth. xvij. Transfiguratus est coram eis in corpore inquit mortali ostendit non immortalitatem sed claritatem similem future immortalitati. sed claritas glorie est claritas immortalitatis non ergo illa claritas quam christus discipulis ostendit fuit claritas glorie. **P**roterea. **S**up illud Luc. ix. Non gustabunt mortem nisi videant regnum dei. dicit glo. Hec .i. glorificationem corporis in ymaginaria representatione future beatitudinis. sed ymago ipsius rei non est ipsa res. ergo claritas illa non fuit claritas glorie beatitudinis. **P**roterea. Claritas glorie non est nisi in corpore humano. sed claritas illa transfigurationis apparuit non solum in corpore christi. sed etiam in vestimentis eius et nube lucida. qua discipulos obumbravit. ergo videtur quod claritas illa non fuit glorie claritas.

Sed contra est quod super illud Matth. xvij. Transfiguratus est ante eos Hierony. dicit. qualis futurus est tempore iudicii talis apparuit. Et super illud Matth. xvij. donec videant filium hominis venturum in regno suo. Chyso. dicit. volens monstrare quid est illa gloria qua postea venturus est eis in presenti vita reuelavit. sic possibile erat eos discere ut neque in domini morte iam dolerent. **R**espondeo. quod claritas illa quam christus in transfiguratione assumpsit fuit claritas glorie quantum ad essentiam non tamen quantum ad modum essendi. claritas enim corporis gloriosi derivat ab anime claritate. sicut dicit Aug. in epistola ad Thymotheum. et similiter claritas corporis in transfiguratione derivata est a divinitate ipsius. ut Dam. dicit. et gloria anime eius. quod enim a principio conceptionis gloria anime non redundaret in corpus ex quadam dispensatione divina factum est. ut in corpore passibili expletet miseria nostre redemptionis. sicut supra dictum est non tamen per hoc adempta est potestas christi derivandi gloriam anime ad corpus. Et hoc idem factum est quantum ad claritatem in transfiguratione. aliter tamen quam in corpore glorificato. nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima. sicut quedam qualitas permanens. corpus afficiens. Unde fulgere corporaliter non est miraculose in corpore glorificato. sed ad corpus christi in transfiguratione derivata est claritas a divinitate et anima eius. non per modum qualitatis immanantis et afficiens ipsi corpus. sed magis per modum passionis transeuntis. sicut cum aer illuminatur a sole. Unde ille fulgur tunc in corpore christi apparet miraculosus fuit. sicut et hoc ipsum quod ambulavit super undas maris. unde Dionys. dicit in epistola ad gayum super Johannem. operatur christus ea que sunt hominis. et hoc monstrat virgo supernaturaliter concipiens. et aqua in stabili materialium et terrenorum pedum sustinens gravitatem. Unde non est dicendum sicut Hugo de sancto victore dicit. quod christus assumpsit vires claritatis in transfiguratione agilitatis. ambulando super mare et subtilitatis egrediendo de clauso vtero virginis. quia dicitur nominat quandam qualitatem immanantem corpori glorioso. sed miraculose habuit ea que pertinent ad vires etiam est simile quantum ad animam de visione qua paulus vidit deum in raptu. ut in secunda parte dicitur est.

Ad. i. ergo dicitur quod ex illo verbo non ostenditur quod claritas christi non fuit claritas glorie. sed quod non fuit claritas corporis gloriosi. quia corpus christi nondum erat immortale. sicut enim dispensatione factum est ut in christo gloria anime non redundaret in corpus. ita potuit fieri dispensatione ut redundaret quantum ad vires claritatis et non quantum ad vires impassibilitatis. **A**d. ii. dicitur quod

illa claritas dicitur ymaginaria non quia esset vera claritas glorie. sed quia erat quedam ymago representans illam claritatem perfectionem secundum quam corpus erat gloriosum.

Ad. iii. dicitur quod sicut claritas que erat in corpore christi. representavit futuram claritatem corporis eius ita claritas vestimentorum eius designat futuram claritatem sanctorum. que superabitur a claritate christi sicut candor nivis superabitur a candore solis. unde Greg. dicit. xxij. moral. quod vestimenta christi facta sunt splendentia. quia in superna claritate culmine sancti omnes et luce iusticie fulgentes adhererunt. vestium enim nomine iustos quos sibi adiungit significat. secundum illud bis omnibus velut ornamento vestieris. nubes autem lucida signat spiritus sancti gloriam vel virtutem paternam ut Origenes dicit. per quam sancti in futura gloria protegentur. quamvis etiam convenienter significare possent claritatem christi mundi innotuiti. que erat sanctorum tabernaculum. unde petro disponere tabernacula facere nubes lucida discipulos obumbravit.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod non convenienter induci fuerunt testes transfigurationis. unusquisque enim maxime perhibere potest testimonium de notis sed qualis esset futura gloria tempore transfigurationis christi nulli homini per experimentum erat adhuc notum. sed solis angelis. ergo testes transfigurationis magis debuerunt esse angeli quam homines.

Proterea. Testes veritatis non decet aliqua fictio sed veritas. moyses autem et helyas non ibi vere affuerunt sed ymaginarie. dicit enim quedam glo. super illud Luc. ix. Erant autem ibi moyses et helyas. sciendum est inquit non ibi corpus vel animas moysi et helye apparuisse. sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. potest etiam credi ut angelico ministerio hoc factum esset. ut angeli eorum personam assumerent. non ergo videtur quod fuerunt convenienter testes.

Proterea. Actum. x. dicitur. quod omnes prophete christo testimonium perhibent. ergo non solum moyses et helyas debuerunt adesse tanquam testes sed omnes prophete.

Proterea. Gloria christi fidelibus omnibus reproponitur. quos per suam transfigurationem ad illius glorie desiderium accendere voluit. non ergo solum petrum iacobum et iohannem in testimonium sue transfigurationis assumere debuit. sed omnes discipulos.

In contrarium est auctoritas evangelice scripture. **R**esponsio dicendum quod christus transfigurari voluit. ut gloriam suam hominibus ostenderet. et ad eam desideranda homines provocaret sicut supra dictum est. **A**d gloriam autem eterne beatitudinis adducuntur homines per christum non solum qui post eum fuerunt. sed etiam qui eum precesserunt. unde eo ad passionem properante turba que sequebatur eum que precedebat ei clamabat osanna. ut dicit Matth. xi. Quali salute ab eo petentes. et ideo conveniens fuit ut de precedentibus ipsum testes adessent. scilicet moyses et helyas. et de sequentibus scilicet petrus iacobus et iohannes. ut in ore duorum vel trium testium stare hoc verbum.

Ad primum ergo dicendum quod christus per suam transfigurationem manifestavit discipulis corporis gloriam. que ad solos homines pertinet. et ideo convenienter non angeli sed homines pro testibus adducuntur.

Ad secundum dicendum quod illa gloria dicitur esse sumpta ex libro qui intulatur de mirabilibus sacre scripture. qui non est liber aureus. sed false ascribitur Aug. et ideo illi glorie non est standum. dicit enim Hieron. super Matth. considerandum est

sic procedi
non fuit claritas glorie
sed claritas glorie

q̄ scribis et phariseis de celo signa poscentibus dare nō
luit. hic vero vt apostolorum, augeat fidem dar signum
de celo. helia inde descendente quo conscenderat. et moy
se ab inferis resurgente. quod non est sic intelligendū q̄
si anima moysi suum corp̄ resumpserit. sed qd̄ anima ei
apparuit p̄ aliqd̄ corp̄ assumptum. sicut angeli apparent.
helias autem apparuit in proprio corpore. Non quidem
de celo empyreo allatus. sed de aliquo eminenti loco in
quo fuerat in curru igneo rapus. ¶ Ad tertiuū dicendū
q̄ sicut Chryso. dicit super Mattheum. moyses et helias
in medium adducunt̄ propter multas rationes. Primo
quia enim turbe dicebant eum eē heliam vel hieremias
aut vnum ex prophetis capita prophetarum secum ducit.
vt saltem hinc appareat differentia seruoꝝ et domini. Se
cundatio. quia moyses legem dedit. helias pro gla
d̄ mini emulatoꝝ fuit. vnde per hoc q̄ simul cum chris̄to ap
parent excludit calumpnia iudeoꝝ accusantium chris̄tum
tanq̄ transgressoꝝ legis et blasphemum. de gloriā sibi
vsurpantem. Tertia ratio est vt ostendat se habere pos
testatem mortis et vite. et eē iudicem mortuoꝝ et viuoꝝ
per hoc q̄ moysen iam mortuum et heliam adhuc viuē
tem secum ducit. Quarta ratio est. quia sicut Lucas dicit
loquebant̄ cum eo de excessu quem completurus erat in
hierusalem id est de passione et morte sua. et ideo vt super
hoc discipuloꝝ animos confortaret inducit eos in mediū
qui se morti exposuerunt pro deo. nam moyses cum peri
culo mortis se obrulit pharaoni. helias vero regi achab.
Quinta ratio est. quia voluit vt discipuli eius emularē
tur moysi mansuetudinem et zelum helie. Sexta ratio
nem addidit Hieronymus. vt ostenderet se p̄ legem quā de
dit moyses et p̄ prophetas inter q̄s helias fuit precipuus eē
predicatus. ¶ Ad. iij. v. q̄ alta misteria non sunt cibo
exponenda immediate. sed p̄ maiores suo tpe ad alios de
bent deuenire. et id̄ vt Chryso. dicit. assumpsit tres tanq̄
portos. Nam petrus excellens fuit in dilectione quam
habuit ad christum et itē in potestate sibi missa. Iohā
nes vō i privilegio amoris q̄ a christo diligebat. p̄ter su
am v̄ginitatem. et itē p̄ter prerogatiuam euangelice do
ctrine. Iacob vero propter prerogatiuam martiriū. et ta
mē hos ipsos noluit hoc qd̄ viderant alijs annunciare. an
resurrectionem. ne vt Hierony. dicit. incredibile esset p̄
rei magnitudine. et post tantam gloriā sequens crux scā
dolum faceret. vel etiam totaliter impediret. et vt essent
spiritu sancto repleti tunc gestozum sp̄ualiuꝝ testes essent

Ad quartum sic procedit

Uideť q̄ inconuenienter additum fuit testimonium pa
terne vocis dicentis hic est filius meus dilectus. quia vt
d̄. Job. xxxij. Semel loquit̄ deus. et secūdo idipsum nō
reperit. sed in baptismo hoc ipsum paterna vox fuit p̄testa
ta. non q̄ fuit pueniens q̄ hoc itē p̄testaret̄ in transfigu
ratione. ¶ Pre. In baptismo sic v̄ voce p̄na affuit spiri
tus in spē columbe. qd̄ in transfiguratione factuz nō fuit.
non q̄ pueniens fuit patris p̄testatio. ¶ Pre. Chriť? do
cere incepit post baptismuz. et tñ vox patris in baptismo
ad eū audiendū hoies non induxerat. q̄ nec in transfigu
ratione inducere debuit. ¶ Pre. Non debent aliquibus
dici ea que ferre non p̄nt. s̄m illud Iohannis. xvi. adhuc
habeo vobis multa dicere. q̄ non potestis portare modo
sed discipuli vocem patris ferre non potuerunt. dicitur
enim Matthei. xxij. q̄ discipuli audientes ceciderunt in
faciem suam et timuerunt. q̄ non debuit vox paterna ad

eos fieri. In p̄teritum est auctoritas euangelice scriptu
re. ¶ Rñ. v. q̄ adoptio filioꝝ dei est p̄ quandaꝝ p̄formi
tatem ymaginis ad dei filium naturalem. Quod quidē
fit dupliciter. Primo p̄ gratiam vie. q̄ est p̄formitas im
p̄fecta. Secūdo p̄ gloriā q̄ est p̄formitas p̄fecta. s̄m ill
lud. i. Iohannis. ij. Nunc filij dei sumus. et nondum ap
paruit quid erimus. scimus quoniam cum apparuerit si
miles ei erimus. quoniam videbimus eū sicut est quia
ergo gratiam per baptismum consequimur. In transfigu
ratione autem p̄monstrata est claritas future glorie.
ideo tam in baptismo q̄ in transfiguratione conueniens
fuit manifestare naturalem chris̄ti filiationē et testimonio
patris. quia solus est perfecte conscius illius perfecte ge
nerationis simul cum filio et spiritu sancto. ¶ Ad. i. ergo
dicendum q̄ illud verbum referendum est ad eternā dei
locutionē qua deus pater verbum vnicum protulit. si
bi coeternum. Et tamen potest dici q̄ idem corpali voce
deus bis protulerit. non propter idem sed ad ostendē
dum diuersum modum. quo homines participare p̄nt si
militudinem filiationis eterne. ¶ Ad. ij. v. q̄ sicut in
baptismo vbi declaratum est misterium regenerationis
ostensa est operatio totius trinitatis per hoc q̄ fuit ibi fi
lius incarnatus apparuit spiritus in spece columbe et pa
ter fuit ibi declaratus in voce ita etiam in transfiguratio
ne. quia est sacramentum secunde regenerationis tota tri
nitas apparuit. pater in voce. filius in homine. spiritus
sanctus in nube clara. quia sicut in baptismo dat innocen
tiam que per simplicitatem columbe designatur ita in re
surrectione dabit electis suis claritatem glorie. et t̄rige
rium ab omni malo. que designat̄ in nube lucida. ¶ Ad
tertium dicendum q̄ chris̄tus venerat gratiam actuali
ter dare gloriā vto verbo promittere. et ideo conueni
enter in transfiguratione inducuntur homines vt ipsum
audiant. non autem in baptismo. ¶ Ad. iij. v. q̄ con
ueniens fuit discipulos voce paterna terreni et protentii.
vt ostenderetur q̄ excellentia illius glorie que tunc temō
strabatur excedit omnem sensum et facultatem mortalium.
s̄m illud Exodi. xxxij. Non videbit me homo et viuet.
Et hoc est qd̄ dicit Hierony. super Mattheum. q̄ huma
na fragilitas. conspectum maioris glorie ferre non susti
ner. ab hac autem fragilitate sanantur homines per chris̄
tum eos in gloriā adducendo. qd̄ significatur p̄ hoc qd̄
dicit eis surgite. nolite timere.

Questio XLVI

Consequenter consi

terandum est de his que pertinent ad exitū
chris̄ti de mundo. Et primo de passione eius. Secundo
de morte. Tertio de sepultura. Quarto de descensu ad
inferos. Circa passionem occurrit triplex p̄sideratō. Pri
ma est de ipsius passione. Secunda de causa efficiente
passionis. Tertia de fructu passionis. Circa primā que
runtur duodecim. Primo vtrum necesse fuit chris̄tuꝝ pa
ti pro liberatione hominum. Secundo vtrum fuerit ali
modus possibilis liberationis humane. Tertio vtrum il
le modus fuerit conuenientior. Quarto vtrum fuit con
ueniens q̄ in cruce pateret. Quinto de generalitate pas
sionis eius. Sexto vtrum dolor quem in passione susti
nuit fuerit maximus. Septimo vtrum tota anima eius
pateret. Octauo vtrum passio ei⁹ impediuerit gaudiū
fruitionis. Nono d̄ tpe passionis. Decimo de loco. Cin
decimo vtr̄ pueniens fuerit ip̄m cū latronibus crucifigū

Quoddecimo utrum passio ipsius christi sit deitati atque tribuenda.

Ad primum sic procedit.

Uidef q non fuerit necessarium christum pati pro humani generis liberatione. humanum enim genus liberari non potuit nisi a deo. sicut illud Esa. xlv. Nunquid non ego dominus. et non est ultra deus absque me. deus iustus et saluator non est preter me. in deum autem non cadit aliquid qua necessitas. quia hoc repugnat omnipotentie ipsius. quod non fuit necessarium christum pati.

Preterea. Angelica natura est excellentior quam humana ut patet per Dionysium. ubi dicitur. quod pro reparatione angelice nature que peccauerat christus non est passus. sed videtur quod nec enim fuerit necessarium ipsum pati pro salutem humani generis. sed contra est quod dicitur Iohannis. iij. Sicut moyses exaltavit serpentem in deserto sic oportet exaltari filium hominis. ut omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat vitam eternam.

Secundo ex parte ipsius christi. qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis. et ad hoc pertinet quod dicitur Luc. vlt. quod oportuit christum pati. et sic intrare gloriam suam. Tertio ex parte dei. cuius diffinitio est circa passionem christi. pre-nunciata in scripturis. et prefigurata in obseruantia veteris testamenti. et hoc est quod dicitur Luc. xij. Filius hominis est qui dicitur ad vos. cum adhuc essem vobiscum. quoniam necessarium est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. et quod scriptum est. quoniam oportebat christum pati. et resurgere a mortuis.

passionem christi inueniens fuit et misericordie et iusticie eius. Iusticie quidem. quia per passionem suam christus satisfecit pro peccato humani generis. et ita homo per iusticiam liberatus est. Misericordie quia cum homo se satisfecit non posset pro peccato totius humane nature ut supra habitum est. deus omnium satisfactorem dedit filium suum. sicut illud ad Rom. iij. Iustificati gratis per gratiam ipsius. per redemptionem que est in christo iesu. quem proposuit deus pro peccatore per fidem in sanguine ipsius. et hoc fuit habitus maioris misericordie quam si peccata absque satisfactione dimississet. unde dicitur ad Epistolam. ij. Deus qui diues est in misericordia propter numeram charitatem qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis. et in christo. Ad iij. ubi dicitur quod peccatum angeli non fuit remissibile sicut peccatum hominis. ut ex supra dictis patet in prima parte.

Ad secundum sic procedit

Uidef q non fuerit possibilis alius modus liberationis humane nature quam per passionem christi. dixit enim dominus Iohannis. xij. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit multum fructum affert. ubi dicit Augustinus. quod se ipsum granum dicebat. nisi granum mortem passus esset aliter fructum nostre liberationis non fecisset.

Preterea. Iusticia dei exigebat ut homo a peccato liberaretur christo per passionem suam satisfaciente. sed christus sua iusticiam non potest preterire. dicit enim iij. Abymo. ij. Si non credimus ille fidelis permanet. negare seipsum non potest. seipsum autem negaret si iusticiam suam negaret. cum ipse sit iusticia. et videtur quod non fuit possibile alio modo hominem liberari quam per passionem christi. Fidei non potest subesse falsum. sed antiqui patres crediderunt christum passurum. ergo videtur quod non potuit esse quin christus pateret. Sed contra est quod Augustinus dicit. xij. de trinitate. istum modum qui nos per mediatorum dei et hominum hominem iesum christum deus liberare dignatus est. bonum et diuine dignitati congruum. verum etiam ostendat alium modum possibilem deo fuisse. cuius potestati contra equaliter subiaceret. Alio modo ex suppositione. Simpliciter ergo et absolute loquendo possibile fuit deo alio modo hominem liberare quam per passionem christi. quia non est impossibile apud deum omne verbum. ut dicitur Luc. ij. Sed ex aliqua presuppositione facta sic est impossibile. quia enim impossibile est prescientiam dei falli et eius voluntatem siue dispositionem cassari supposita prescientia et preordinatione dei de passione christi. non erat simul possibile christum non pati. et hominem alio modo quam per eius passionem liberari. Et est eadem ratio de omnibus his que sunt prescientia et preordinata a deo. ut in prima parte habitum est. Ad primum ergo dicendum quod dominus ibi loquitur supposita prescientia et preordinatione dei. sicut quoniam erat preordinatum ut fructus humane salutis non sequeretur nisi christo patiente. Et similiter intelligendum est quod secundo obicitur. si non potest hic calix transire nisi biba illum. sed propter hoc quod tu disposuisti. unde subdit fiat voluntas

tua. ¶ Ad tertium dicendum qd hec etiam iusticia de-
pennder ex voluntate. ab humano genere satisfactione p
peccato exigente. alioquin si voluisset absqz omni satisfac-
tione hominem a peccato liberare contra iusticiam nō fe-
cisset. ille enim iudex non potest salua iusticia peccatum
sine pena dimittere qui habet punire culpam in alium cō-
missam. puta in aliquem hominem. vel in totam tempu-
blicam. siue in superiorem pncipez. sed deus non habz
aliquem superiorem. sed ipse est supremum. & cōe bonum
totius vniuersi. Et ideo si dimittat peccatum qd habz ra-
tionem culpe ex eo qd contra ipsum cōmittitur nulli facit
iniuriam. sicut quicumqz homo remittit offensam in se cō-
missam absqz satisfactione misericorditer et non iniuste
agit. & ideo dauid misericordiaz petens dicebat. Tibi so-
li peccavi. quali diceret potes sine iusticia mihi dimitte-
re. ¶ Ad .iiij. dō. qd fides humana & etiam scripture di-
uine quibz fides instruitur innitur pscientie & ordina-
tionis diuine. & ideo eadem ratio est de necessitate que p-
uenit ex suppositione eoruz & de necessitate que p-
uenit ex pscientia & voluntate diuina.

Ad tertium sic proceditur

¶ Uidef qd alius modus conuenientior fuisset liberationis
humane qd per passionem christi. natura enī in sua op-
atione imitatur opus diuinum. vtpote a deo mota & regu-
lata. sed natura non facit per duo qd potest facere p vnu
cum qd deus potuerit hominez liberare sola propria volū-
tate non videt conueniens fuisse qd ad liberationem hu-
mani generis christi passio adderet. ¶ Preterea. Ea q
sunt per naturam conuenientius sunt qd ea que p vio-
lentiam sunt. quia violentia est quedam excisio seu casus
ab eo qd est fm naturam. vt dicit primo de celo. sed pas-
sio christi mortem violentiam induxit. ergo conuenientius
fuisset qd christus naturali morte moriendo hominez libe-
raret qd qd pateret. ¶ Pre. Conuenientissimū videtur
qd ille qui violenter & iniuste tenet per superioris potē-
tiam spoliat. vnde & Esa. li. dicit. Erans venūdari estis.
& sine argento redimemini. sed dyabolus nullum ius in
homine habebat. quem per fraudem deceperat. & pquan-
dam violentiam seruituti subiectum tenebat. qd videt
conuenientissimum fuisse qd christus dyabolum per solā
potentiam spoliaret. absqz sua passione. Sed ptra est qd
Aug. dicit. xij. de tri. sanande no sitre miserie conuenien-
tior modus alius non fuit. qd per christi passionem. ¶ Re-
sponso dicendū qd tanto aliquis modus est puenientior
ad assequendum finem qd per ipsum plura concurrunt
que sunt expedientia fini. p hoc autem qd homo p christi
passionem est liberatus multa occurrunt ad salutem ho-
minis pertinentia pter liberationem a peccato. Primo
enim p hoc homo recognoscat qd deus hominem diligit
et per hoc prouocat ad eum diligendum in quo perfectio
humane salutis consistit. vnde Apo sto. ad Ro. v. Com-
mendat suam charitatem deus in nobis quoniam cū ini-
mici essemus christus pro nobis mortuus est. Secundo
quia p hoc dedit nobis exemplum obedientie. humilitatis
constantie. iusticie. & ceteraz virtutum in passione christi
ostensaz. que sunt necessarie ad humanam salutem. Vñ
dicitur. i. Pe. ij. Christus passus ē pro nobis. vobis re-
linquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Tertio
qd christus p passionem suam non solum hominez a pec-
cato liberauit sed etiam gratiam iustificantiem & gloriā
beatitudinis ei pmeruit. vt infra dicit. Quarto qd p hoc

est homini indicta maior necessitas se immuñe a peccato
pseruandi. fm illud. i. Cor. vi. Empn elias pōio magno.
glorificate & porta te deuz in corpore vestro. Quinto quia
hoc ad maiorem dignitatez cessit. vt sicut homo victus fue-
rat & deceptus a dyabolo ita etiam homo esset qui dyabo-
lum vinceret. & sicut homo mortem meruit ita homo mor-
tendo mortez superaret. vt dicitur. i. Cor. xv. Deo gra-
tias qui dedit nobis victoriā per iesum christum. et ideo
puenientius fuit qd p passionem christi liberaremur qd p
solam dei voluntatem. ¶ Ad .i. g. dō. qd q natura etiam
vt aliquid puenientius faciat plura ad vnum assumit sic
duos oculos ad videndum. & idem pater in alijs. ¶ Ad
ij. dō. qd sicut dicit Chrysostomus. Chastus non sui morte quā
non habebat cum sit vita sed hoim morte venerat assum-
pturus. vñ non ptra morte corpus deponit. sed ab ho-
ibus illarum sustinuit. Sed et si egrotasset corpus eius et
in pfectu oim solueret inconueniens eum erat qui lan-
get alioz languores habere p xuz corp' affectum languo-
ribz. Sed & si absqz aliq morbo alicubi seorsum corp' de-
posuisset ac deinde se offerret nō crederet ei de resurrectō-
ne differenti. quō enim pateret christi in morte victoria
nisi coram omnibz eam patiens p interruptionem corpo-
ris probasset extuncam. ¶ Ad .iiij. dō. qd licet dyabolus
iniuste inuaserit hominem tñ homo ppter peccatum iuste
erat in seruitute dyaboli derelictus a deo. & id fuit pueni-
ens vt p iusticiam hō a seruitute dyaboli liberaret. xpo sa-
tisfaciente pro ipso p passionem suam. Fuit etiam pueni-
ens hoc ad vincendam superbiam dyaboli. qui est dezer-
tor iusticie & amator peccati. vt xps dyabolum vinceret &
hominem liberaret. non solum p suam potentiam diuin-
tatis. sed etiam per iusticiam & humilitatem passionis. vt
Aug. dicit. xij. de trinitate.

Ad quartum sic procedit

¶ Uidef qd christus non debuit pati in cruce. veritas enī
debet respondere figure. sed in figuraz christi precesserūt
omnia sacramenta veteris testamenti. in quibz animalia
gladio necabant. & postmodum igne cremabant. qd vide-
tur qd christus nō debuit pati in cruce. sed magis gladio
vel igne. ¶ Preterea. Bassi. dicit qd christi nō debuit
assumere detestabiles passiones. sed mors crucis videtur
esse maxime detestabilis & ignominiosa. Vñ dī Sap. ij.
Morte turpissima pdemnem' eum. qd videt qd christus
nō debuit pati mortem crucis. ¶ Pre. de christo dicitur
Benedictus qui venit in noie domini. vt patet Mathei
xxi. Sed mors crucis erat mors maledictionis. fm illud
Deuto. xxi. Maledictus a deo est qui pendet in ligno. qd
videt qd non fuit pueniens christum crucifigi. ¶ Sed qd
est qd dicitur ad philippen. ij. Factus est obediens vsqz
ad mortem. mortem autem crucis. ¶ Rñ. dō. qd pueni-
tissimū fuit christum pati mortem crucis. Primo ppter
exemplum vtius. dicit enim Aug. in l. lxxij. q. sapien-
tia dei homini est ad exemplum qd recte viueremus susce-
pit. pterinet aut ad vitam rectam ea qd non sunt meruent
da non metuere. sunt autem homines qui quibz mortez
ipsam non timeant genus tamen mortis horrescunt. vt qd
nullum gen' mortis recte viuenti homini metuenduz ef-
set illius hominis cruce ostendendū fuit. nihil enim erat
inter omnia mortis illo genere execrabilius & formidabi-
lius. Secundo qd hoc genus mortis maxime pueniens
erat satisfactōni p peccato primi parentis. quod fuit ex eo
qd contra mandatum dei pomum ligni vetici sumplit.

Et ideo conueniens fuit qd xps ad satisfacienduz pro pec-
 cato illo seipsum pateretur ligno affigi. quasi restituens
 quod adaz subtrulerat. fm illud psal. quod non rapui tuc
 extoluebam. vnde Aug⁹. dicit in quodaz sermone de pas-
 sione. contempserit adam preceptum accipiens ex arboze.
 sed quicquid Adam perdit xps in cruce iuenit. Tertia ra-
 tio est. quia vt Chrs⁹. dicit in sermone de passione in ex-
 celsis ligno et non subrecto passus est vt etiam ipsius ae-
 ris natura munderetur. sed et ipsa terra simile beneficium
 sentiebat. recurrentis de latere sanguinis stillatione mu-
 data. Et sup illud Jo. iij. oportet exaltari filium hois. ex
 altari audiens suspensionem intelligas in altum. vt san-
 ctificaret aerem. qui sanctificauerat terram ambulando
 in ea. Quarta ratio est. quia per hoc qd ea moztur ascen-
 sum nobis parat in celum. vt Chrs⁹. dicit et inde est qd
 ipse dicit Jo. xij. ego si exaltatus fuero a terra omnia tra-
 bam ad me. Quinta ratio est. quia hoc competit vniuer-
 sali saluarioci totius mundi. vnde Greg. naz⁹. dicit qd si
 gura crucis in medio contactu in quattuor extrema pira
 signat virtutem et prouidentiam eius qui in eo pepedit
 vbiqz diffusam. Chrs⁹. etiam dicit. qd in cruce expan-
 sis manibus moztur. vt altera manu veterem populum al-
 tera eos qui ex gentibus sunt trahat. Sexta ratio est qz
 per hoc genus moztis diuerse virtutes designantur. vñ
 Aug⁹. in li. de gratia. re. et no. ref. non frustra tale genus
 moztis elegit vt latitudinis et altitudinis longitudinis et
 profunditatis de quibus Apo. loquitur magister exste-
 ret. Nam latitudo est in eo ligno quod trasuersus desup
 figurat. hoc ad bona opa pertinet. quia ibi extenduntur
 manus. longitudo in eo quod ab ipso ligno vsqz ad ter-
 ram conspicuu est. ibi enim quodam moztur. id est psi-
 luit et perseueratur quod longanimitati tribuitur. Alti-
 tudo est in ea ligni pre que ab illa que trasuersa figurat
 sursum vers⁹ reliquitur. hoc est ad caput crucifixi. quia be-
 ne sperantium supna expectatio est. Jam vero illud ex
 ligno quod fixus occultatur. vñ totu illud exurgit signat
 pfunditatez gratuite gratie. Et sic Aug⁹. dicit sup Jo.
 lignum in quo erant fixa membra patientis etiam ad ca-
 thedram fuit magistri docentis. Septima ratio est quia
 hoc genus moztis plurimis figuris respondet. vt em dicit
 Aug⁹. in sermone de passione. de diluio aquarum hu-
 manum genus archa lignea liberauit. De egypto dei po-
 pulo recedente moyses mare virga diuisit. et pharaonez
 prostravit. et dei populuz redemit. Item moyses lignum
 in aquam misit. et amarum aquam in dulcedinem comu-
 tavit. Et lignea virga de spiali petra salutaris vnda pro-
 fertur Et vt amalech vinceretur contra virgam moyses
 expanfis mambus extenditur Et lex dei arch^e. testam^{ti}
 creditur lignee vt hys omnibus ad lignum crucis quasi
 per quosdaz gradus veniatur. Ad. j. qd dicit qd altare
 holocaustorum in quo sacrificia animalium offerebant
 erat factum de lignis vt haberetur Exo. xxvi. et quantuz ad
 hoc veritas responder figure. non aut oportet qd quantuz
 ad omnia. quia iam non esset similitudo. sed veritas. vt
 Dassi. dicit in. iij. libro. specialiter tñ. vt Chrs⁹. dicit no
 caput ei amputatur vt Jobi. neqz sectus est vt ysayas vt
 corpus integrum et indiuisibile moztu seruet et non fiat oc-
 casio volentibus ecclesiam diuidere. loco autem materia
 lis ignis fuit in holocausto casti ignis charitatis. Ad
 ij. dicit qd xps detestabiles passiones assumere tenuit qd
 pertinebant ad defectum gratie vel scientie aut etiaz vir-
 tutis. non autem illas que pertinent ad iniuriam ad ex-

teriori illatam quinytmo. vt dicitur ad Heb. xij. sustinuit
 crucem. confusione contemptra. Ad. iij. dicit qd sicut
 Aug⁹. dicit. xij. contra faustum peccatum maledictum e
 et per conseques moztis et mortalitas. ex peccato puenies
 caro autem xpi fuit mortalis similitudinem habens car-
 nis peccati. et propter hoc moyses eaz nominat maledictu
 sicut et Ap⁹. nominat eam peccatum dicens. ij. Loz. v.
 cum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fe-
 cit. sed per penaz peccati. nec ideo maior invidia est quia
 dixit maledictus est a deo. nisi enim deus peccatuz odif-
 dicendum q[uo]d per romanos quibus erant subiecti erat eis
 potestas occidendi interdicta.

Ad quintū sic proceditur

Videtur q[uo]d p[ro]secutores christi eum cognouerunt. dicitur
 enim Matt. xxi. q[uo]d agricole vidētes filiu[m] dixerunt inter
 se. hic est heres venite occidamus eum vbi dicit Crisostomus.
 & Hiero. manifestissime dominus p[ro]bat h[uius] verbis iu-
 deorum principes non p[ro] ignorantiam sed p[ro] inuidiam
 dei filium crucifixisse. intellexerunt enim esse illum cui
 pater p[ro]p[ri]etatem dicit. postula a me & dabo tibi gentes
 hereditatem tuā. ergo videtur q[uo]d cognouerūt eū esse x[ristu]m
 vel filium dei. Pre. Jo. xv. dominus dixit. nunc autē
 viderunt & oderunt me & patrem meū. quod autē videt
 p[ro]fecte cognoscitur. ergo iudei cognoscētes x[ristu]m ex causa
 odij ei passionem intulerunt. Pre. in quodā sermone
 Ephe. concilij dicitur sicut qui caraz ip[s]alem dirumpit
 tanq[ua]m impatoris dirumpens verbum ad mortem addici-
 tur. sic crucifigens iudeus quem viderat penas dabat tā-
 q[ua]m in ip[su]m verbum p[ro]sumptionis iniciens. hoc autē nō
 esset si eum dei filium esse non cognouerunt qui a igno-
 rantia eos excusasset. g[er] videtur q[uo]d iudei x[ristu]m crucifigentes
 cognouerunt eum esse filium dei. Sed contra ē quod
 dicitur prima Cor. ij. si cognouissent nūq[ua]m dominum glo-
 rie crucifixissent. & Act. ij. petrus dicit iudeis loquens
 scio q[uo]d per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri et
 dominus in cruce pendens dixit. pater dimitte illis non
 enim sciunt quid faciunt. Rñ. dicens apud iudeos
 quidam erant maiores. & quidam minores. Maiores q[ui]
 dem qui eorum principes dicebantur cognouerūt. vt vi-
 detur in libro no. & x. tel. sicut et demones cognouerunt
 eum esse christu[m] promissum in lege omnia enim signa
 videbant in eo que dixerant futura p[ro]p[ri]ete. misteriu[m] autē
 diuinitatis eius ignorabant. & ideo Ap[osto]l[us] dicit. si cogno-
 uissent nūq[ua]m dominū glorie crucifixissent. Sciendum tñ
 q[uo]d eorum ignorantia non eos excusabat a crimine. q[uo]d erat
 quoddāmodo ignorantia affectata. videbant enim euidentē
 sua signa eius diuinitatis. sed ex odio & inuidia christi ea
 p[ro]uertebant. & verbis eius quibus filium dei se fatebatur
 credere noluerunt. unde ipse de eis dicit Jo. xv. si nō ve-
 nissent & locutus non fuisset peccatum non haberēt nūc
 autem excusationem non habent de peccato suo et postea
 subdit. si opa nō fecissem i eis que nemo alius fecit pec-
 catum non haberent et sic ex p[ro]fona eorum accipi potest
 quod dicit Job. xij. dixerunt dec recede a nobis. sciam
 viarum tuarum nolumus. Minores v[er]o id est popla-
 res qui misteria scripture nō nouerant non plene cogno-
 uerunt ipsum esse nec x[ristu]m nec filium dei. licet aliqui eor[um]
 etiam in eum crediderunt multitudo tamen nō cre-
 didit. et si aliquando dubitarent an ipse eēt christus x[risti]
 signorum multitudinē et efficaciam doctrine vt habetur
 Jo. vij. tamē postea decepti fuerunt a suis principib[us] vt
 eū si crederēt necq[ue] x[ristu]m. vñ ap[osto]l[us] dixit scio q[uo]d p[ro] igno-
 rantia hoc fecistis q[uo]d sc[ilicet] p[ro]ncipes seducti erāt. Ad pri-
 mū g[er] d[omi]n[u]m q[uo]d illa v[er]ba dicit ex p[ro]fona colonoz vinee p[ro] q[uo]d si
 gnāt rectores illi p[ro]pli. q[ui] eū cognouerūt eē herede iquāru[m]
 cognouerūt eū eē x[ristu]m i lege p[ro]missū. Sed cōtra hanc
 r[ati]onem v[er]b[is] esse illa v[er]ba p[ro]p[ri]e. postula a me & dabo tibi gē-
 tes hereditatē tuā eidē dicit cui d[omi]n[u]s filius me[us] es tu ego ho-
 die genui te si g[er] cognouerūt illū eē cui dicitur est postula a
 me & dabo tibi gētes hereditatē tuā. sed q[uo]d g[er] cognouerūt

est filiū dī Chri. etiā ibidē dīc q̄ agnouerūt eū eē filiū dei. Beda etiā dīc sup illud *Mat. xvi. qz nesciūt qd faciunt. notandū inquit q̄ nō pro eis orat qui quē filiū dei intellexerunt crucifigere q̄z confiteri maluerūt. s; ad hoc pōt responderi q̄ cognouerūt eū eē filiū dei nō per naturā sed p̄ excellētiā grātie singularis. Possū? tamē dicere q̄ etiā verū dei filiū cognouisse dicunt quia p̄ eū uidentia signa h̄mōi rei ueritatē habebant. quibus tñ asserere p̄pter odium et inuidiam noluerunt. ut eūz recognoscerent eē filiū dei. Ad. ij. dōm q̄ ante illa uerba p̄mititur si opa non fecissem in eis que nemo alius fecit n̄ haberent peccatū. et postea subditur nūc autē uident et ode runt et me et patrem meūz per qd ostenditur q̄ uidentes opa xpīi m̄ifica ex odio p̄cessit q̄ eum filiū dei n̄ cognouerunt. Ad. iij. dīcedum q̄ ignorantia affectata nō excusat a culpa. sed magis uidentur culpā aggravare. ostēdit enim hōiem sic uehementer esse affectū ad peccandū q̄ uult ignorantiam incurrere. ne uideat peccatum. et ideo iudei peccauerunt non solum hōimnis xpīi sed tanq̄ dei crucifigētes.*

Ad sextum sic proceditur

Uidet q̄ peccatum crucifigētiū xpm̄ nō fuit grauissimū. nō enim est grauissimū peccatū qd̄ excusatioēz habet. s; ip̄e dñs excusauit peccatū crucifigētiū dīcēs pater ignosce illis qz nesciūt quid faciūt nō q̄ peccatū eoz fuit grauissimū. De. dñs dīxit pilato *Jo. xi. qui tradidit me tibi manus peccatū habet. Ipse autē Pylat⁹ fecit xpm̄ crucifigi p̄ suos ministros. ergo uidet fuisse maius peccatū inde p̄ditoris peccato crucifigētiū xpm̄. De. fm̄ pbūz p̄. et b̄ico. nullus panē iniustū uolens. et sic ip̄e ibidē dīc nullo paciēte iniustū null⁹ facit iniustū. q̄ uolenti null⁹ facit iniustū. s; xps̄ uolūtariē ē passus ut sup̄ habitū ē non q̄ iniustū fecerūt crucifigētes xpīi. et ita eoz peccatū nō ē grauissimū. Sed ē qd̄ sup̄ illud *Mat. xxiij. dīcīt et uos implete mensurā patz̄ uestroz. Chri. dīc quātū ad ueritatēz excesserūt mensurā patz̄ suoz. illi. n. hōies occiderūt isti dēū crucifixerūt. Rñ. dō. q̄ sic dīctū ē p̄ncipēs iudeoz cognouerūt xpm̄. et si aliqua ignorātia fuit in eis fuit ignorātia affectata. que eos n̄ poterat excusare. et iō peccatū eoz fuit grauissimū. tñ ex genere peccatū. tñ ex malitia uolūtatis. Mores autē iudei grauissime peccauerūt quātū ad genus peccatū. In aliquo tñ diminuebatur eoz peccatū p̄pter eoz ignorātiā. vñ sup̄ illud *Luc. xxiij. nesciūt quid faciūt dīc Beda. p̄ illis rogat qui nesciūt qd̄ fecerūt zelū dei habentes. s; nō fm̄ scīaz. multo autē magis fuit excusabile peccatū gentiliū. p̄ quoz man⁹ crucifixus ē xps̄ qui legis scīaz n̄ habebāt. Ad. i. ḡ dō. q̄ excusatio illa dñi n̄ refert ad p̄ncipēs iudeoz. s; ad minores de p̄plo sic dētm̄ ē. Ad. ij. dō. q̄ iudas tradidit xpm̄ nō p̄lato s; p̄ncipib⁹ sacerdotū. q̄ tradiderūt eū p̄lato. fm̄ illud *Jo. xviij. gēs tua et pon tifices tui tradiderūt te mibi hōz tñ oīm peccatū fuit mai⁹ q̄z p̄lato. qui timore cesaris occidit xpm̄. et etiā q̄z peccatū miliū. q̄ mādato p̄sidis xps̄ crucifigētes eunt nō ex cupiditate sic iudas. nec etiā ex inuidia et odio sicut p̄ncipēs sacerdotū. Ad. iij. dō. q̄ xps̄ uoluit qui dīc suam passionem sic et deus eā uoluit nūq̄ tñ actiōem iudeoz uoluit. et ideo occisores xpīi ab iniusticia non excusant. et tñ ille q̄ occidit hōiem iniuriā facit nō solum hōimni s; etiā deo et reipublice. sicut etiā et ille qui occidit semetip̄m. sic h̄p̄s dīc. v. et b̄i. vñ David damnauit illū ad mortē q̄ non timuerat mittere manū ut occideret****

christum de mini quis eo petente. ut legitur. ij. Regum primo.

Questio. XLVIII.

Deinde considerādū ē

de effectu passionis xpīi. Et primo de modū efficiendi. Secūdo de ip̄o effectu. Circa primū queruntur sex. Primo utz̄ passio xpīi causauit nostraz salutem p̄ modū meriti. Secūdo utz̄ per modū satisfactiōis. Tertio utrum p̄ modū sacrificij. Quarto utz̄ per modū redēptionis. Quinto utrum esse redēptorem sit propriū xpīi. Sexto utz̄ causauerit effectum nostre salutis p̄ modū efficiētie.

Ad primū sic proceditur

Uidet q̄ passio xpīi non causauit n̄sam salutē p̄ modū meriti. passionū enim p̄ncipia nō sunt in nobis. nullus autē meret̄ aut laudat̄ nisi p̄ id cuius p̄ncipiū ē in ip̄o s; passio xpīi nihil est op̄ata p̄ modū meriti. De. xps̄ ab initio sue passiois meruit et sibi et nobis. ut sup̄ dīctū ē. sed sup̄fluum est iterum mereri id quod aliud meruerat. s; xps̄ p̄ suam passionē nō meruit nostrā salutē. De. radit merendi ē charitas. sed charitas xpīi nō fuit augmentata magis in passioē q̄ ante. ḡ nō magis meruit salutē nostram patiēdo q̄ ante fecerat. Sed ē qd̄ sup̄ illud ad *Phi. ij. p̄pter quod et de⁹ exaltauit illum. dīc Aug⁹. humilitas passionis claritas ē meritum claritas humilitatis est p̄mū. sed ip̄e clarificatus ē nō solum in seip̄o. sed etiāz i suis fidelibus. ut ip̄e dīcīt *Job. xviij. ḡ uidetur. q̄ ip̄e meruit salutem suozū fidelium. Rñ. dōm q̄ sicut sup̄ dīctū ē xps̄ data est gratia non solum sic singulari p̄sone sed inquantū ē caput ecclesie. ut scz̄ ab ip̄o redundaret ad mēbra. et ideo opa xpīi hoc modo se habent tam ad se q̄ ad sua membra sicut se habent op̄a alterius hōimnis in gratia cōstituti ad ip̄sum. manifestum est autē q̄ quicūq̄ in gratia cōstituit̄ propter iustitiam patitur ex hoc ip̄e meretur sibi salutem. sed illud *Matth. v. beati qui persecutionem patiunt̄ propter iustitiam vñ xps̄ non solum per suam passionem sibi s; etiā mōmibus membris meruit salutem. Ad. i. ergo dōm q̄ passio inquantū h̄mōi habet p̄ncipiū ab exteriori. sed fm̄ q̄ eaz̄ aliois uolūtariē sustinet habet p̄ncipiū ab interiori. Ad. ij. dōm q̄ xps̄ a p̄ncipio sue conceptionis meruit nobis salutem eternā. sed ex parte nostra erant impedimenta quedā. quibus impediebamur consequi effectum p̄cedentium meritorū. unde ad remouendū illa impedimenta oportuit xpm̄ pati. ut supra dīctum est. Ad. iij. dōm q̄ passio xpīi habuit aliquem effectum quem non habuerūt p̄cedentia merita. nō propter maiorem charitatem. sed propter genus opis. quod erat conueniens tali effectui ut patet ex rationibus supra inductis de conuenientia passionis xpīi.***

Ad secundum sic procedit

Uidet q̄ passio xpīi causauerit nostraz salutem per modū satisfactiōis. eius enim uidetur. satisfacere cuius est peccare. sicut patet in alijs penitentiē partib⁹. sed xps̄ non peccauit. fm̄ illud. i. *De. ij. qui peccatum non fecit ḡ ip̄e nō satisfecit propria passioē. De. nulli satisficit p̄ maiore offēnsā s; maria offēnsa fuit p̄parata i xpīi passioē. q̄ grauissime peccauerūt. q̄ eū occiderūt. ut sup̄ dīctū ē*

ergo videt qd p passionē xpi nō potuit deo satisfieri. **De** satisfactio importat quandam equalitatem ad culpam cum sit actus iusticie. sed passio xpi nō videt equalē eē omnibus peccatis humani generis. quia xps non est passus fm diuinitatem sed fm carnem. fm illud. i. **Pe.** iij. xpo ergo passio in carne. anima autē in qua nō est peccatum prior est q̄ caro. non ergo xps sua passione satisfecit p peccatis nostris. **Sed** cōtra est quod ex psona eius dicitur in ps. quod non rapui tunc exsoluebam. nō autem exoluit qui perfecte non satisfecit. ergo videtur qd xps paciēdo satisfecit p peccatis nostris. **Rñ.** dō. qd ille p proprie satisfecit pro offensa qui exhibet offēlo id quod eque vel magis diligit q̄ oderit offēsam xps autē ex charitate et obedientia paciēdo maius aliquid deo exhibuit q̄ exigeret reco mpenratio totius offēse. s. humani generis. **Primo** quidem ppter magnitudinē charitatis ex qua patiebatur. **Secundo** ppter dignitatē vite sue quā prolatis factioe ponebat. que erat vita dei et hominis. **Tertio** ppter generalitatem passionis. et magnitudinem doloris assumpsi. vt sup̄ dictum est. et ideo passio xpi nō solum sufficiens sed etiā sup̄abundans satisfactio fuit pro peccato generis humani. fm illud. i. **Jo.** ij. ipe est propiciatio p peccatis nostris. **Ad. i.** ergo dōm qd caput et mēbra sunt quasi vna persona mistica. et id satisfactio xpi ad oēs fideles p̄tinet. sicut ad sua mēbra. inquantū etiam duo hoies sunt vnum in charitate vnus pro alio satisfacere potest. vt infra patebit. **Non** est autē similis rō de confessione et contritione quia satisfactio consistit in actu exteriori. ad quē assumi oportet instrumenta inter que cōputantur etiam amici. **Ad. ij.** dōm qd maior fuit charitas xpi patientis q̄ malicia crucifigētiū. **Et** ideo plus potuit xps satisfacere sua passiōe q̄ crucifigētes offendere crucifigendo et occidendo. in q̄ passio xpi sufficiens fuit et sup̄abundans ad satisfaciendum p peccatis crucifigētiū ipm. **Ad. iij.** dōm qd dignitas carnis xpi nō est estimāda solum fm carnis naturā. sed fm psonā assumētē. i. q̄ruz. s. erat caro dei. ex q̄ habebat dignitatē ifinitaz

Ad tertium sic procedit

videtur qd passio xpi non fuerit operata p modum sacrificij. veritas enim debet respondere figure. sed in sacrificij veteris legis que erant figure xpi nūq̄ offerebatur caro humana quinimo hec sacrificia nebanda habebantur fm illud ps. effunderunt sanguinem innocentē. sanguinem filioꝝ suozū et filiaz. quas sacrificauerūt sculplib. et. ergo videt qd passio xpi sacrificiū dici nō possit. **De.** **Aug.** dicit. x. de ci. dei. qd sacrificiū visibile inuisibile sacrificij ē sacramētū. i. sacram signū. s. passio xpi nō ē signū s. magis signatū p alia signa. s. videt qd passio xpi nō sit sacrificiū. **De.** quicūq̄ offert sacrificiū aliquid sacrificij facit. vt ipsum nomē sacrificij demōstrat. illi autē qui xpm occiderūt nō fecerūt aliquid sacrificij. s. magnā maliciā ppetrauerunt. s. passio xpi magis fuit maleficiū q̄ sacrificiū. **Sed** est qd **Apl̄s** dicit ad **Ep̄b.** v. tradidit semetipm p nobis oblationē et hostiā deo in odorez suauitatis. **Rñ.** dōm qd sacrificiū p̄tinet dicit aliquid factū in honore p̄tē deo debitū ad eū placandū. et inde est vt **Aug.** dicit. x. de ciui. dei. verum sacrificiū est omne opus quod agitur vt sancta societate deo inberem⁹ relatum scz ad illū finē boni quo veraciter beati esse possumus. **Ab.** aut vt ibidē subditur seipm obtulit in passione p nobis. et hoc ipm opus qd voluntarie passione sua

stinuit fuit deo maxie acceptū. v. pote et charitate. p̄ueniens. vñ manifestū ē qd passio xpi fuit verū sacrificiū sic ipe postea subdit in eodē libro. hui⁹ veri sacrificij multiplicitia varia q̄ signa erant sacrificia prima sanctorū. cuz hoc vñ p̄ multa figurat. tan q̄ verbis multis res vna diceret. vt sine fastidio multū emē daret. **Et** cū quatuor p̄siderentur in omni sacrificio vt **Aug.** dicit in. iij. de tri. scz cui offerat quod offeratur. a quo offeratur et pro q̄ bus offeratur idē ipse qui vnus verusq̄ mediator p sacrificiū pacis reconciliat nos deo vñ cum illo maneret cui offerebat. vñ i se faceret. p quibus offerebat. vnus ipse esset qui offerebat et qd offerebatur. **Ad. i.** s. dōm qd licet veritas respōdeat figure quātū ad aliqd nō tamen quātū ad omnia. qz oportebat qd veritas figuram excedat. et ideo conuenienter figura huius sacrificij quo caro offertur pro nobis fuit caro. non hominum sed alioꝝ aialium. significantium carnem xpi que est perfectissimum sacrificiū. **Primo** quidem ex eo qd ē humane nature caro congrue p hominib⁹ offertur. et a eis sumit sub sacramēto. **Secundo** qz ex hoc qd erat passibilis et mortalis apta erat ymolationi. **Tertio** qz ex hoc qd erat sine peccato efficax erat ad emundanda peccata. **Quarto** qz ex hoc qd erat caro ipsius offerentis erat deo accepta. ppter charitatem suā. deo carne offerentis. vñ dicit **Aug.** in. de trini. quid tā p̄gruenter ab hoib⁹ sumeret quod p eis offereret q̄ humana caro. et qd tā aptū hinc ymolatioi q̄ caro mortalis. et qd tam mūdūz p mundandis vicijs mortaliū q̄ sine cogitatione carnalis concupiscentie caro nata in vtero. et ex vtero virginali. **Ad. ij.** dōm qd **Aug.** ibi loquitur de sacrificijs visibilibus figurabilib⁹. **Et** nō ipsa passio xpi licet sit aliquid signatū p aliqua sacrificia figura. et tñ signum alicuius rei obseruande a nobis. fm illud. i. **Pe.** iij. xpo s. passio in carne et vos eadē cogitatione armamini. qz qui passio est i carne desit a peccatis. vt iam nō hoim desiderijs sed voluntati dei qd reliquū est in carne viuat temporie. **Ad. iij.** dōm qd passio xpi ex pre occidētū ipsam fuit maleficiū. sed ex pre ipsius ex charitate patientis fuit sacrificiū. vnde hoc sacrificiū ipse p̄s obtulisse dicit. nō autē illi qui eū occiderūt.

Ad quartū sic proceditur

videt qd passio xpi non fuerit operata nostram salutem p modum redemptionis. nullus enim emit vel redimit quod suuz eē non desit. sed homines nunq̄ desierunt esse filij dei fm illud ps. domini est terra et plenitudo eius. s. videtur qd xps non redemit nos sua passione. **De.** sicut dicit **Aug.** xij. de tri. dyabolus a xpo iusticia iupan⁹ dus fuit. sed hoc exigit iusticia vt ille qui inuasit dolose re alienam debeat p̄uari. quia fraus et dolus nemini patrocinarī debet. vt etiaz iura hūana dicunt. **Cum** s. dyabol⁹ creaturā dei. s. hoiez dolose decepit et sibi subiugauerit videtur qd non debuit homo p modū redemptionis ab ei⁹ eripi potestate. **De.** quicūq̄ emit et redimit aliquid p̄cū soluit ei qd possidebat. s. xps nō soluit sāguie suo qd dē eē p̄cū redēptiōis nēe dyabolo. qd nos captiuos tenebat. nō s. xps sua passiōe nos redemit. **Sz** est qd dē. i. **Pe.** i. nō corruptibili. auro vt argēro redē p̄tē deo vna p̄tē p̄tē paterne traditiois. s. p̄cū sāguie. q̄ si agni itim maculan et icōramiat xpi. et ad **Gal.** iij. et xps nos redemit de maledicto. fact⁹ p nobis maledictum. dicitur autem pro nobis factus maledictum inquantū pro nobis passus ē in ligno vt sup̄ dictū ē. s. p passione suā nos redēit

Rñ. dñm qd p peccatum homo dupliciter obligat
 erat. Prio quide seruituti peccati quia qui facit peccat
 tum seruus est peccati. vt dicitur Job. viij. r. ij. Pe. ij. a
 quo quis supatus est huic r seruus adiectus est. quia g
 dyabolus hominē supauerat inducendo euz ad peccatū
 homo seruituti dyaboli adiectus ē. Secūdo quātū ad rea
 tum pene. quobomo erat obligatus fm dei iusticiā. r hoc
 est seruitus quedam. ad seruitutem enīz pñet qd aliquis
 paciatur quod non vult cum liberi hominis sit vti seipso
 vt vult igitur quia passio xpi fuit sufficiens r suphabun
 dans sacrificium pro peccato r pro reatu humani generis
 eius passio fuit quasi quoddā precium. per quod libera
 ti sumus ab vtrāq obligatione. nam ipsa satisfactio qua
 quis satisfacti siue pro se siue pro alio. precium quoddāz
 dicitur. quo se redimit a peccato r pena fm illud Dan.
 iij. peccata tua elemosinis redime xps aut satisfecit nō qd
 dem pecuniam dando aut aliquid bñdī. sed dando id
 quod fuit maximū seipsum p nobis. r ideo passio xpi di
 citur esse nostra redemptio. Ad. i. g dñm qd homo di
 citur eē dei dupliciter. vno modo inquātū subicitur po
 restati eius r hoc modo homo nōqz definit esse dei. fm il
 lud. Dan. iij. damnatur excelsus i regno hoim r cuiqz
 voluerit dabit illis Alio modo per vnionem charitatis ad
 deum. qd dicitur ad Ro. viij. si quis spiritum dei non
 habet hic non est eius Pmo g modo homo nunqz de
 fit esse dei Secūdo modo desit eē dei per peccatum. r
 ideo inquātū fuit a peccato liberatus xpo passio satisfaci
 ente dicitur p passionem xpi esse redemptus. Ad. ij.
 dñm qd homo peccando obligatus erat r deo r dyabolo
 quātū enim ad culpam deum offenderat. r dyabolo se
 subdiderat ei consentiēs vnde ratione culpe nō erat fact
 seruus dei. sed potius a dei seruitute recedēs. dyaboli ser
 uitutem incurrerat deo iuste hoc permittente propter of
 fensam in se commissam. sed quātū ad penam principa
 liter homo deo erat obligat sicut summo iudici. dyabo
 lo aut tanqz tortori. fm illud Matt. v. ne forte tradet te
 aduersarius tuus iudici. r iudex tradat ministro id. ē an
 gelo penarum r crudeli. vt Cbr. dicit quāuis ergo dyab
 olus iniuste qñtū in ipso erat hominē sua fraude decep
 tum sub seruitute teneret r qñtū ad culpam r qñtū ad
 penam iustum in erat hoc hominē pari deo pmittere quā
 tum ad culpam r ordinante quantum ad penā. r ideo p
 respectum ad deum iustitia erige bat qd homo redimeret
 non autem p respectum ad dyabolum. Ad. iij. dñm
 qd quia redemptio requirebatur ad hominis liberationē
 p respectum ad deum nō autē p respectum ad dyabolum
 non erat precium soluenduz dyabolo sed deo. r ideo xps
 sanguinem suum qui est precium nostre redemptionis
 non dicitur obtulisse dyabolo sed deo

Ad quintū sic proceditur

videtur qd eē redemptorem non sit proprium xpi. dicit
 enim in ps. redemisti me domine deus veritatis. sed eē
 dominum deum veritatis conuenit tōi trinitati. non g
 est propriuz xpo. Pre. ille dicitur redimere qui dat
 precium redemptionis. sed deus pater dedit filium suuz
 redemptorem pro peccatis nostris. fm illud ps. redemp
 tionem misit dominus populo suo. glo. id est. xpm qui
 dat redemptionem captiuis. ergo non solum xps sed etiā
 deus pater nos redemit. Pre. non solū passio xpi sz
 etiam alioy sanctorum pñcia fuit ad nostram salutem.
 fm illud ad Col. i. gaudeo in passiōibus pro vobis. r ad

impleo ea que defunt passionum xpi in carne mea. s cor
 pore eius quod ē ecclesia. ergo non solum xps debet dici
 redemptor sed alij facti. Sed ē est quod dicit ad Gal.
 iij. nos redemit de maledicto legis factus pro nobis ma
 ledictum. sed solus xps factus ē p nobis maledictum. g
 solus xps debet dici redemptor. Rñ. dñm qd ad hoc qd
 aliquis redimat duo requiruntur. scz actus solutionis. r
 precium solutum. si enī aliquis soluat p redemptione ali
 cuius rei precium si non ē suū sed alterius non ipse dicit
 redimere principaliter sed magis ille cuius est precium
 precium aut redemptiois nō ē sanguis xpi vel vita eius
 corporalis que ē in sanguine. quā ipse xps exiuit. vnde
 vtrūqz istoz ad xpm pñet imediate inquātū est bñ. sz ad
 totam trinitatem inquātū est causa prima r remota cui
 erat et ipsa vita xpi sicut primi auctoris. vt a qua inspira
 tum fuit ipsi boi xpo vt pateretur pro nobis. r ideo esse
 imediate redemptorem est proprium xpi. inquātū est bo
 mo. quāuis ipsa redemptio possit attribui tōi trinitati
 sicut prime cause. Ad. i. g dñm qd glosa sic exponit. tu
 domine deus veritatis redemisti me in xpo clamante in
 manus tuas domine comendo spm meuz r sic redemp
 tio imediate pertinet ad hominē xpm. principaliter au
 tem ad deum. Ad. ij. dñm qd precuz nostre redemptio
 nis homo xps soluit imediate. sed de mandato patris.
 sicut primordialis actoris. Ad. iij. dñm qd passiones
 sanctorum proficiunt ecclesie. non quidem per modum
 redemptionis. sed per modum exhortationis r exempli.
 fm illud. i. Cor. i. nonne tribulamur pro vestra exhorta
 tione r salute.

Ad sextum sic proceditur

videtur qd passio xpi non fuerit opata nostram salutem
 per modum efficientie. causa enim efficiens nostre salu
 tis est magnitudo diuine virtutis. fm illud Esa. lix. ee
 ce non est abscissata manus eius vt saluare non possit.
 xps aut crucifixus est ex infirmitate vt dicit. ij. Cor. xliij.
 non g passio xpi efficienter opata est salutem nostram.
 Pre. nullum agens corpale efficienter agit nisi per cō
 tactum vnde etiam r xps tangendo mundauit leprosz
 vt ostenderet carnem suam saluiferam virtutem habere
 sicut Cbr. dicit. sed passio xpi nō potuit cōtingere. om
 nes homines ergo non potuit efficienter opari omniuz
 hominum salutem. Pre. non videt eiusdem esse opa
 ri per modum virtutis r per modum efficientie. quia ille
 qui meretur ex peccat effectum ab alio. sed passio xpi opa
 ta est nostram salutem per modum meriti nō ergo p mo
 dū efficientie. Sed contra est qd dicitur. i. Cor. i. qd
 verbus crucis in his qui salui fiunt est virtus. sed virtus
 dei efficienter opatur nostraz salutem. ergo passio xpi in
 cruce efficiēter operata est nostram salutem. Rñ. dñ.
 qd duplex est efficiens principale r instrumentale. effi
 ens quidem principale humane salutis deus est. quia ve
 ro humanitas xpi est diuinitatis instrumentum. vt sup
 dictū est. ex cōsequenti omnes actiones r passiones xpi
 instrumenta liter operantur in virtute diuinitatis ad hu
 manam salutem. r fm hoc passio xpi efficienter causat sa
 lutem nostraz. Ad. i. g. dñm qd passio xpi relata ad car
 nem xpi congruit infirmitati assumpte. relata vero ad di
 uinitatem consequit ex ea infinitam virtutē. fm illud. i.
 Corinti. i. quod infirmum est dei fortius est dominibus
 quia scilicet ipsa infirmitas cōstiti in quantum. f. est dei
 habet virtutem excedentem omnez virtutem humanam

Ad. ij. dō. q passio xpi licet sit corporalis habz tñ vit
tutē spūale ex diuinitate vnitā. nō p spūale contractū ef
ficaciam forit. s. p fidez a fidei sacramēta. fm illud Apli.
quē proposuit ppiciatorē p fidem in sanguine ei. **Ad**
ij. dōm q passio xpi fm q opatur ad diuinitatem eius
agit p modū efficiētie. iquātū vero opatur ad voluntatē
anime xpi agit p modū meriti. fm vero q consideratur i
ipsa carne xpi agit p modū satisfactiois. iquātū p eaz
liberamur a reatu pene. p modū vero redēptionis. in qua
rum per ea liberamur a reatu culpe. p modū autē sacrificij
in quātum p eam recōdāmur deo vt infra dices.

Questio XLIX.

Deinde considerādū

De effectib' passiois xpi. et circa b q̄ritur sex
Prō vtz p passionē xpi sim' liberari a pecca
to. **Secūdo** vtz p eā simus liberari a potestate dyaboli.
Tertio vtz p eā sim' liberari a reatu pene. **Quarto** vtz
p eā sim' deo recōdāri. **Quinto** vtz p eam sit nobis ap
ta ianua celi. **Sexto** vtz p eam adeptus fuerit exalta
tionem.

Ad primū sic proceditur

Videtur q p passionem xpi nō sumus liberari a peccato.
liberare em a peccato est ppriū dei. fm illud Esa. xliij. ego
sum qui deleo iniquitates tuas ppter me. xps aut nō est
passus fm qd deus sed fm q homo. q passio xpi non li
berauit nos a pctō. **Pre.** corpale nō agit in spūale. sed
passio xpi corpalis est. peccatum aut nō nisi in aia que est
spūalis creatura ergo passio xpi non potuit nos libera
re a peccato. **Pre.** nullus pōt liberari a pctō quod nō
dum pmissit sed quod in postē est pmissurus. cū g mul
ta peccata post xpi passionē sunt cōmissa a tota die pmit
tantur. videt q per passionē xpi non sumus a pctō libe
rati. **Pre.** posita causa sufficienti nihil aliud requirit
ad effectū inducendū. requirunt autē alia ad remissionē
peccatorū scz bapismus a penitētia. g videtur q passio
xpi nō sit sufficiens causa remissionis peccatorū. **Pre.**
Prover. x. dicit vniuersa delicta opit charitas. a. xv. dicit
tur p misericordiam a fidem purgant pctā. s. multa sūt
alia de quibus habemus fidem a q sunt puocatiua cha
ritatis. ergo passio xpi nō ē ppria causa remissionis pec
catorū. **Sed** ē qd dicit Apo. i. dilexit nos a lauit nos
a peccatis nōstris in sanguine suo. **Rñ.** dōm q passio
xpi ē ppria causa remissionis peccatorū triplē. primo qdē
p modū puocantis ad charitatē. quia vt Apo. dicit ad
Rō. v. cōmendat deus suam charitatē in nobis qz cū in
imici essemus xps p nobis mortuus ē. consequimur autē
venā peccatorū p charitatē fm illud Luc. vi. dimissa sūt
ei pec. mul. quo. di. mul. secūdo passio xpi causat remissio
nem peccatorū p modū redēptionis. qz enim ipse est
caput nostz p passionē suā quā ex charitate a obediē
tia sustinuit liberari nos tanqz mēbra a peccatis. p pre
cium sue passionis. sicut si homo p aliquod opus merito
riuz qd manu exerceat redimeret se a peccato qd pedibz
cōmississet. sicut enim naturale corpus ē vnū ex membroz
diuersitate consistens. ita tota ecclesia que ē misticū cor
pus xpi ppurat quasi vna psona cū suo capite qd ē xps
Tertio p modū efficiētie iquātū caro s. quā xps passio
nem sustinuit est istrumētū diuinitatis. ex quo ei' passio
nes a actiones opantur in virtute diuina ad expellendū

peccatū. **Ad. i.** ergo dōm q licet xps nō sit passus fm
qd deus tamē caro ei' est diuinitatis istrumētū. a ex hoc
passio eius habet quādā diuinā virtutē ad expellendū pctm
vt dictum ē. **Ad. ij.** dōm q passio xpi licet sit corpora
lis foritur tñ quādā spūalem virtutē ex diuinitate. cur'
caro ei vnita ē in istrumētū fm quā quidē virtutē passio
xpi ē causa remissionis peccatorū. **Ad. iij.** dōm q xps
sua passione nos a peccatis liberari causa. id est instrumē
tus causam nosre liberationis. ex qua possent quecunqz
peccata q̄cunqz remitti vel pterita vel p̄sentia vel futu
ra. sicut si medicus faciat medicinā ex qua possint etiā
quicūqz morbi sanari. etiā in futurū. **Ad. iij.** dōm q
passio xpi p̄cessit vt cā quedā vniuersal' remissionis pec
catorū sicut dictū ē. necesse ē tñ q singulis adhibeat ad ve
lenonem p̄ri op̄ peccatorū. hoc aut sit p bapismus a pe
nitentiam a p alia sacramēta. que habet virtutē ex passio
ne xpi. vt infra dicitur. **Ad. v.** dōm q etiā p fidez appli
catur nobis passio xpi. ad recipiēdum fructū ipsius fm il
lud ad **Rō. iij.** quē p̄posuit deus ppiciatorē p fidē in sang
uine eius. fides aut p quā a pctō mūdāmur nō ē fides i
formis. q pōt etiā cū pctō eē. s. ē fides formata p charita
tem. vt sic passio xpi nobis applicet nō solū quātū ad intel
lectum s. quātū ad affectū. a p hūc etiā modū dimittunt
peccata ex virtute passionis xpi.

Ad secundū sic proceditur

Videtur q p passionē xpi nō sumus liberari a potestate
dyaboli. ille. nō habet potestatem in sup aliquos in quibus
nihil sine pmissione alterius facere potest. sed dyabolus
nūq̄ potuit aliquid noc umētū boi facere nisi ex pmissio
ne diuina. sicut patet **Job. i.** a. ij. q potestate diuina acce
pra euz primo i rebus posita i corpore lesit a sile **Mat.**
v. dicit q demones nisi xpo cōcedente nō potuerūt por
cos intrare. ergo dyabol' nūq̄ habuit i boiō potestatem.
a ita per passionē xpi non sumus a potestate dyaboli libe
rati. **Pre.** dyabolus potestatem suā i hominibus ex
erctet temptādo a corporalit ex verando. sed hoc ad huc in
hominibus opatur post xpi passionem. ergo non sumus
per passionem xpi ab eius potestate liberati. **Pre.** vir
tus passionis xpi in p̄petuum durat. fm illud ad **Heb.**
x. vna oblatione consumauit sanctificatos in sempiter
num. sed liberatio a potestate dyaboli nec est vbiz. qz in
multis partibus mundi ad huc sunt ydolatrie nec enām
erit ex p̄pet. quia tēpore antixpi. maxime suam potesta
tem exercebat in hominum nocumēto. de quo dicit. ij. ad
Test. i. q eius aduentus erit fm operationez sathane. in
omne virtute a signis a prodigijs mendacibus. a in om
ni seductione iniquitatis. ergo videtur q passio xpi non
sit causa liberationis humani generis a potestate dyabo
li. **Sed** cōtra est quod dominus dicit **Job. xij.** passio
ne imminente. nunc p̄nceps huius mundi eicitur iō
ras. a ego cum exaltatus fuero a terra omnia trābam ad
me ipsum. Est autem exaltatus a terra per crucis passioez
ergo p eius passionem dyabolus est a potestate hominū
eictus. **Rñ** dōm q circa potestātē quā dyabolus in
homines exercebat ante christi passionem tria sunt consi
deranda. **Primū** quidem est ex parte hominis qui
suo pctō meruit vt i potestātē dyaboli traderet. p cui' tēp
tationē fuerat supat'. aliud ē ex pte dei. quē bō peccādo
offēderat. q p suā iusticiam reliquat boiēm p̄ān dyaboli

Tertius est ex parte dyaboli qui sua nequissima voluntate hominem a consecutione salutis impediabat. Quatuor ad primum homo est a potestate dyaboli liberatus per passionem xpi. in quantum passio xpi est causa remissionis peccatorum ut dictum est. Quatuor autem ad secundum passio xpi nos a potestate dyaboli liberauit. in quantum nos deo reconciliauit ut infra dicitur. Quatuor ad tertium passio xpi nos a dyabolo liberauit. in quantum in passione xpi excedit modum potestatis sibi tradite a deo. machinando in morte xpi. quod non habebat meritum mortis. cum esset absque peccato. unde Aug. dicit. xpi de tri. iusticia xpi dyabolus victus est. quod cum in eo nihil morte dignum inueniret occidit eum. cum etiam vniuersos iustos et rectos quos tenebat liberi dimittant in eum credentes que sine villo debito occidit. Ad. i. g. dicitur quod non dicit sic dyabolus potestatem in homine habuisse. quasi possit eis nocere deo non permittente. sed quod iuste permittit nocere hominibus. quos temptando ad suum consensum perduxerat. Ad. ii. dicitur quod dyabolus etiam nunc quidem potest deo permittente homines temptare. quantum ad animam. et veritate. quantum ad corpus. sed tamen preparatus est homini remedium et passione xpi quo se potest tueri contra hostis impugnationem ne deducatur in interitum mortis eterne. Et quicumque ante passionem xpi dyabolo resistebant per fidem passionis xpi hoc facere poterant. licet passione xpi nondum per acta quantum ad aliquid nullus potuit dyaboli manus euadere. ut scilicet non descenderet ad infernum a quo post passionem xpi se possunt homines eius virtute tueri. Ad. iii. dicitur quod deus permittit dyabolo posse decipere homines certis personis temporibus et locis. sed occultam rationem iudiciorum suorum. sed tamen per passionem xpi semper est paratum hominibus remedium se tueri propter nequicias demonum. etiam tempore antixpi. si aliqui hominum remedio vti negligant nihil deperit efficacie passionis xpi.

Ad tertium sic procedit

Videtur quod per passionem xpi non fuerint homines liberati a pena peccati. precipue enim pena peccati est eterna damnatio. sed illi qui damnati erant in inferno per suis peccatis non sunt per passionem xpi liberati. quod in inferno nulla est remedium. g. videtur quod passio xpi non liberauit homines a pena. De. illis qui sunt liberati a reatu pene non est alia qua pena iniungenda. sed penitentibus iniungitur pena satisfactoria. non ergo per passionem xpi sunt homines liberati a reatu pene. De. mors est pena peccati. sed illud ad Rom. vi. stipendia peccati mors. sed adhuc post passionem xpi homines moriuntur. g. videtur quod per passionem xpi non sumus a reatu pene liberati. Sed contra est quod dicitur Eccl. liij. xre languores nostros ipse tulit. Rn. dicitur quod per passionem xpi liberati sumus a reatu pene duplite. Uno modo directe. in quantum scilicet passio xpi fuit sufficiens et superabundans satisfactio per peccatis totius humani generis. exhibita autem satisfactio sufficienti tollitur reatus pene. Alio modo indirecte. in quantum scilicet passio xpi est causa remissionis peccati. in quo fundatur reatus pene. Ad. i. g. dicitur quod passio xpi sortitur effectum suum in illis quibus applicatur per fidem et charitatem et pfidei sacramenta. et ideo dampnati in inferno qui predicto modo passioni xpi non coniungunt effectum eius percipere non possunt. Ad. ii. dicitur quod sicut dicitur est ad hoc quod sequamur effectum passionis xpi oportet nos ei configurari. configuramur autem et baptismo sacramentaliter. sed illud ad Rom. vi. consepulsi sumus ei per baptismum in morte. unde bap-

tisatis nulla pena satisfactoria imponitur. quod sunt totaliter liberati per satisfactionem xpi. quia vero xps semel in peccatis nostris mortuus est. ut dicit. i. De. iiij. ideo non potest homo secundo figurari morti xpi. per sacramentum baptismi. unde oportet quod illi qui post baptismum peccant configurantur xpo per aliquod penitentiam vel satisfactionem quam in seipsis sustineant. que tamen multo minor sufficit quam esse condigna peccato. cooperanti satisfactione xpi. Ad. iiij. dicitur quod satisfactio xpi habet effectum in nobis in quantum in corpore et in membris capiti. sicut supra. membra autem oportet capiti esse conformia. et ideo sicut xps primo quidem habuit gratiam in anima cum passibilitate corporis et per passionem ad gloriam immortalitatis ipse ita et nos qui sumus membra eius per passionem ipsius liberamur quidem a reatu cuiuslibet pene. ita tamen quod primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum. quo ascribimur in hereditatem glorie immortalitatis. adhuc corpus passibile et mortale habentes postmodum vero configurati passioni et morti xpi in gloriam immortalem perducimur. sed illud ad Rom. viij. si filij dei et heredes. heredes quidem dei coheredes autem xpi. Si tamen comparimur in simul glorificemur.

Ad quartum sic proceditur

Videtur quod per passionem xpi non sumus deo reconciliati. reconciliatio enim non habet locum inter amicos. sed deus semper dilexit nos. sed illud Sap. ix. diligis omnia que sunt et nihil odisti eorum que fecisti. g. passio xpi non reconciliauit nos deo. De. non potest idem esse principium et effectus. unde gratia que est principium mercedi non cadit sub merito. sed dilectio dei est principium passionis xpi. sed illud Job. iij. sic deus dilexit mundum ut filij sui vniuersum daret. g. non videtur quod per passionem xpi sumus deo reconciliati. ita quod deus nos amare incipit. De. passio xpi impleta est per homines xpm occidentes. quod ex hoc grauius deum offenderet. g. passio xpi magis est causa indignationis quam reconciliationis dei. Sed est quod Aplos dicit ad Rom. v. reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Rn. dicitur quod passio xpi est causa reconciliationis nostre ad deum duplite. vno modo quantum ad remotionem peccati per quod homines constituntur inimici dei sed illud Sap. xiiij. simul odio sunt deo impietas et impietas eius. et in peccato odisti omnes qui operantur iniquitatem. alio modo in quantum est deo sacrificium acceptissimum. est enim hoc propter sacrificium effectus ut per ipsum placeat deus. sic cum homo offensa in se commisit remittit propter aliquod obsequium acceptum quod ei exhibetur. unde dicit. i. Reg. xvi. si dominus irascatur te aduersus me oderetur sacrificium. et simile tamen bonum fuit quod xps voluntarie passus est quod propter hoc bonum in natura humana inuenitur deus placatur est super omni offensa generis humani. quantum ad eam quod xpo passio coniungitur sed in modum permixtum. Ad. i. g. dicitur quod deus diligit omnes homines quantum ad naturam quam ipse fecit ostendit tamen eos quantum ad culpam. quam contra eum homines committunt. sed illud Eccl. xij. alius in odio habet peccatores. Ad. ii. dicitur quod xps non dicit quantum ad hoc nos deo reconciliasse quod deus nos amare incipit cum scriptum sit Die. xxi. i. charitate perpetua dilexi te. sed quod per passionem xpi est sublata odij causa tamen propter oblationem peccati. tamen propter reconciliandorum acceptabilioris boni. Ad. iiij. dicitur quod sicut occisores xpi homines fuerunt. ita et xps occisus. maior tamen fuit charitas xpi pacientis quam iniquitas occisorum. et ideo passio xpi magis valuit ad reconciliandum deo totum genus humanum quam ad provocandum iram toti generi humano.

Ad quintū sic proceditur

Videtur quod xps sua passione nō aperuit nobis ianuam ce-
li. dicit. n. puer. xi. seminanti iusticiam merces fidelis sed
merces iusticie est introitus regni celestis etiam absq; pas-
sione xpi. nō q̄ passio xpi est cōspiciōnis ianuē celestis reg-
ni. ¶ Pre. ante passionem xpi helyas raptus est in celū
vt dicitur. iij. Reg. ij. sed effectus non precedit causam. q̄
videtur quod apertio ianuē celestis non sit effectus passio-
nis xpi. ¶ Pre. sicut legitur Matt. ij. xpo baptisato apertū sūt
celi. sed baptisimus precessit passionem. q̄ apertio celi non
est effectus passionis xpi. ¶ Pre. dicit. ij. dicitur. ascen-
dit pandens iter ante eos. sed nihil aliud videtur pande-
re iter celi q̄ eius ianuam apere. ergo videtur quod ianuā
celi sit nobis aperta non per passionem. sed per ascensionem
xpi. ¶ Sed contra est quod Aplos. dicit ad Heb. x. habem-
us fiduciam in introitu sanctorum scilicet celestium. in
sanguine xpi. ¶ Rñ. dōm quod clausio ianuē est obstacu-
lum quoddam p̄hibens homines ab ingressu. p̄hibet
benē autem homines ab ingressu regni celestis propter
peccatum. quia sicut dicitur Esa. xxxv. via illa sancta voca-
tur et non transibit per eam pollutus. Est autem duplex
peccatum impediens ab ingressu regni celestis. Unum
quidem commune totius humane nature. quod est pec-
carum primi p̄ntis. et per hoc peccatum p̄cluditur homi-
ni aditus regni celestis. unde dicitur Gn. ij. q̄ post pec-
carum primi hominis collocavit deus cherubin et flāme-
um gladium atq; versatilem ad custodiendam viam lig-
ni vite. Aliud autem est peccatum speciale vniuscuiusq;
persone. quod per p̄ntis actus committitur vniuscuiusq;
hominis. per passionem autem xpi liberati sumus nō so-
lus a peccato cōmūi totius humane nature et quantum
ad culpam et quantum ad reatum pene ipso solvente p̄
nobis. sed etiam a peccatis p̄p̄rijs singulorum. qui cō-
municat eius passioni per fidem et charitatem et fidei sa-
crāmēta. et iō per passionē xpi aperta est nobis ianuā reg-
ni celestis. et hoc est quod Aplos. dicit ad Heb. ix. quod xps as-
sistens pontifex futurorum bonorum per p̄p̄rium sang-
uinem introiuit semel in sancta redemptione eterna inue-
ta et hoc signatur Au. xxxv. vbi dicitur quod homicida ma-
nebit ibi scilicet in civitate refugij. donec sacerdos mag-
nus qui oleo sancto unctus est moriatur. quo mortuo po-
terit in domum suam redire. ¶ Ad. i. q̄ dōm quod sancti pa-
tres operando opa iusticie meruerunt introitum regni ce-
lestis per fidem passionis xpi. fm̄ illud ad Heb. xi. sancti
per fidem vicerunt regna et opati sunt iusticiā. per quā
etiam vnusquisq; a peccato purgabatur. quātū pertinet
ad emendationem p̄p̄rie persone. non tamen alicuius
fides vel iusticia sufficiebat ad remouendum impedimē-
tum quod erat per reatum totius humane creature. quod q̄
dem remouit est p̄prio sanguinis xpi et ideo ante passio-
nem xpi nullus introire poterat regnum celeste ad p̄scē-
do. s. beatitudinē eternam. que consistit in plena dei frui-
tione. ¶ Ad. ij. dōm quod helyas subleuatus est in celū
aereum non autem in celum empirreuz qui est locus be-
atorum. similiter nec enoch. sed raptus est ad paradysum ter-
restrem. vbi cū helya simul viuere creditur. vsq; ad aduē-
tum antixpi. ¶ Ad. iij. dōm quod sicut supra dictum ē xpo
baptisato apertū sunt celi n̄ propter xpm cui semper celus
patuit. sed ad significandum quod celum apertū baptisatis
baptisatorum xpi. qui habet efficaciaz ex passione xpi. ¶ Ad
iij. dōm quod xps sua passione meruit nobis introitū regni

celestis. et impedimentum remouit. sed p̄ suam ascensio-
nem nos quasi in possessionem regni celestis introduxit
Et ideo dicitur quod ascendens pandit iter ante eos.

Ad sextum sic proceditur

Videtur quod xps p̄ suam passionē non meruit exaltari. sic
enī cognitio veritatis ē p̄p̄riū deo. ita et sublimitas. fm̄
illud ps. excelsi sup̄ oēs gētes dñs. et sup̄ celos gloria ei?
sed xps fm̄ quod homo habuit cognitionem omnis verita-
tis. non ex aliquo merito p̄cedēte. sed ex ipsa vnione dei
et hominis. fm̄ illud Jo. i. vidimus gloriā eius quasi vni-
geniti a patre plenum gratie et veritatis. q̄ neq; exaltatio-
nem habuit ex merito passionis. sed ex sola vnione. ¶
Pre. xps meruit sibi a primo instanti sue conceptionis
vt sup̄ habitū est. non autem maior charitas fuit in eo tē-
pore passionis q̄ ante. cum q̄ charitas sit merendi prin-
cipium videtur quod non magis meruit per passionem suā
exultationem q̄ ante. ¶ Pre. gloria corporis resul-
tat ex gloria anime. vt Aug. dicit i Ep̄la. ad dyoscor. sed
xps per passionem suam non meruit exultationem quātū
ad gloriā anime. quia anima eius fuit beata in p̄cipio
in instanti sue conceptionis. q̄ etiam neq; per passionē me-
ritū exaltari. quantum ad gloriā corporis. ¶ Sed con-
tra est quod dicitur ad Phil. ij. factus est obediens vsq; ad
mortē. mortē autem crucis. p̄pter quod deus exaltauit il-
lum et Rñ. dōm quod meritū imponat quandā equali-
tatem iusticie. vñ Aplos dicit ei qui opatur merces impu-
tatur fm̄ debitum. cum aut aliquis ex sua iniusta volun-
tate sibi attribuit plusq; debeat iustū est quod diminuat
enā quātū ad id quod sibi debebatur. sicut cū quis furat
vnam ouem reddat quattuor. vt dicitur Exo. xxij. et hoc
dicitur mereri in quātū p̄ hoc punitur cuius ē iniusta vo-
luntas. ita enā cū aliquis sibi ex iniusta voluntate subtrahit
quod debebat habere meret vt sibi amplius aliqui i sup̄ ad-
datur quasi merces iuste voluntatis et inde est quod sicut dē
Luc. xij. qui se humiliat exaltabit xps autē in sua passio-
ne seipsum humiliat infra suam dignitatē quantum ad
quattuor. Primo quidē quātū ad passionē et mortē eius
debito. non erat. Secūdo quātū ad locū. quod corpus eius
positū est in sepulchro. anima autē in inferno. Tertio quātū
ad confusionem et obprobria que sustinuit. Quarto
quātū ad hoc quod est traditus humane potestati. fm̄ quod ipse
pylato dixit Job. xij. non haberes in me potestatem nisi
datum tibi fuisset desup̄. Et ideo p̄ suā passionē meruit
exaltari quantum ad quattuor. primo quidē quātū ad glo-
riosam resurrectionē. vñ dicitur in ps. tu cognouisti ses-
sionem meā. id est humilitatē passiois mee. et resurrectio-
nem meam. secūdo quātū ad ascensionem in celū. unde
dicit ad Ep̄la. iij. descendit p̄rio in inferiores partes ter-
re qui autē descendit ipse est et qui ascendit sup̄ omnes ce-
los. tertio quantum ad confessionē paterne dētre. et ma-
nifestationem diuinitatis ipsius. fm̄ illud Esa. liij. Exal-
tabitur et eleuabitur et sublimis. erit valde. sicut obstru-
uerunt super eum multi sic in gloriā erit inter viros as-
pectus eius. et ad Phil. v. dicitur factus est obediens vsq;
ad mortem. mortem autem crucis. propter quod deus
exaltauit illum. et dedit illi nomē quod est super omne no-
mē vt. s. q̄ ab oībo nominetur deus et oēs sibi reuerentiā
exhibeant sicut deo. et hoc est quod subditur. in nomine
ihū omne genu flectatur. celestium terrestriuz et in inferno-
rum. Quarto quantum ad iudiciariam potestatem. dē
enim Job. xxxvi. causa tua quasi impij iudicata est iudi-
cium causamq; recipies. ¶ Ad. i. q̄ dōm quod p̄cipiū me

rendi est ex parte anime. corpus autem est instrumentū meritorij actus. Et ideo pfectio anime xpi que fuit merendi principij non debuit in eo acquiri p meritum sicut pfectio corporis. que fuit passionis subiectum. et per hoc fuit ipsius meriti instrumentum. **Ad. ij.** dōm q' per priora merita xps meruit exaltari de ex parte ipsius anime. cuius voluntas charitate et alijs virtutibus informabatur. sed in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recōpensationis etiam ex parte corporis iustum enim est vt corpus quod fuerat ex charitate passioni subiectum acciperet recōpensationem in gloria. **Ad. iij.** dōm q' dispensatione quadam factum est in xpo vt gloria anime non redundaret ad corpus. ad hoc q' gloriam corporis honorabilius obrineret quando eam p passionem meruisset. gloriam autem anime differri non cōueniebat. quia anima immediate vniebatur verbo. vñ decens erat vt gloria repletur ab iplo verbo. sed corpus vniebatur verbo mediante anima.

Questio. L.

Deinde considerādū

Dest de morte xpi. Et circa hoc queruntur sex. Primo vtrum conueniens fuerit xpm mori. Secundo vtrum per mortem fuerit separata vniō diuinitatis et carnis. Tertio vtrum fuerit sepata vniō diuinitatis et anime. Quarto vtrum xps in triduo mortis fuerit homo. Quinto vtrum corpus eius fuerit idem numero viuū et mortuū. Sexto vtrum mors eius aliquid sit opata ad nostram salutem.

Ad primū sic proceditur

Videtur q' non fuerit conueniens xpm mori. illud enim qd est primū principium in aliquo genere. non disponitur per id quod est cōtrariū illi generi. sicut ignis qui est principium caloris non potest esse frigidus. sed filius dei est principium et fons omnis vite. fm illud ps. apud te est fons vite. g' videtur q' non fuerit conueniens xpm mori. **Pre. maior** est defectus mortis q' morbi. quia p morbum puenitur ad mortem. sed non fuit conueniens xpm in aliq' morbo languescere. vt **Chri.** dicit. g' non fuit conueniens xpm mori. **Pre. dñs** dicit **Job. x.** ego ve ni vt vitam habeat et habūdā? habeant. s' oppositū ad oppositū si pducit. g' videt q' si fuerit pueniens xpm mori **Sed cōtra** est q' dicit **Job. xi.** expedit vt moriat' vnus homo pro p'lo. et nō tota gens pereat. **Quod** quidē **Cayphas** pphetice dixerat vt euangelista testat. **Rñ.** dōm q' conueniens fuit xpm mori. **Primo** quidem ad satisfactiōnem pro humano genere. quod erat mori ad iudicium propter peccatum. fm illud **Gen. ij.** quacunq' die pmederitis morte moriemini est autem conueniens modus satisfaciendi pro alio. cū aliquis se subicit pene quā alius meruit. et ideo xps mori voluit. vt moriendo pro nobis satisfaceret. fm illud. **Je. ij.** xps semel p peccatis nostris mortuus ē. **Secundo** ad ostendendū veritatē nature assumptę. sicut. **n.** **Eusebius** dicit. si aliter post conuersionem cum hominibus euanescebat subito euolaret fugiens mortem ab omnibus cōparetur fantasmati. **Tertio** vt moriendo nos a timore mortis liberaret. vt dicit **Heb. ij.** q' cōmunicauit carni et sanguini vt p mortem destrueret eum qui habebat mortis impium. et liberaret eos qui timore mortis per totaz vitam obnoxij erāt seruituti. **Quarto** vt corporaliter moriendo similitudine

ni peccati id est penalitati daret nobis exemplum moriendi spūaliter peccato. vnde dicitur ad **Ro. vi.** q' mortuus est peccato. mortuus ē semel. quod aut viuit viuit deo. ita et vos exiit imate mortuos esse peccato. viuentes aut deo. **Quinto** vt a mortuis resurgendo virtutem suam ostenderet qua morte supauit. et nobis spem resurgendi a mortuis daret. vnde **Ap'la.** di. cit. ij. ad **Cor. xv.** si xps predicatur q' surrexit a mortuis quō quidam in vobis dicunt q' resurrectio mortuorum non erit. **Ad. ij.** dōm q' xps ē fons vite fm q' deus. nō n' autē fm q' homo. mortuus aut est nō fm q' deus sed fm q' homo. vñ **Aug.** dicit cōtra felicitianum. absit vt xps sic senserit mortem vt q' tūm in se vita vitam pdiderit. si enim hoc ita' esset vite fons aruisset. sensit g' mortem pncipatiue humani affectus quem sponte suscepit. nō nature sue pdidit potentiam p quam cuncta viuificat. **Ad. ij.** dōm q' xps nō sustinuit mortem ex morbo puenientem. ne videretur ex necessitati morbi ppter infirmitatem nature. **Sed** sustinuit mortem ab exteriori illatam. cui se spontaneū obrulit vt mors eius voluntaria ostenderetur. **Ad. iij.** dōm q' vnū oppositorum p se non ducit ad aliud. licet qñ q' p accūs. sicut frigidus qñq' per accūs calefacit. et hoc mō xps per suam mortem nos perducit ad vitam. quia sua morte mortem nostram destruxit. sicut ille qui penam p alio sustinet remouet penam eius.

Ad secundū sic proceditur

 rareretur Sic ergo vt Ambro. dicit sup lucas dñs manda-
 uerat discipulis vt in galilea viderent eum . sed illis ob-
 metum intra conclave residentibus primū ipse se obtu-
 lit. nec hoc promissi transgressio. sed potius festinata ex be-
 nignitate impletō. postea vero confirmatis animis illos
 galileam perisse. vel nihil obstat si dicamus pauciores in
 tra p̄clauē q̄ plures in monte fuisse. vt enim Euse. dicit
 duo euangeliste scz Luc. et Job. solum vndeciz hunc scri-
 bunt apparuisse in iherusalem. ceteri vero duo in galileaz
 p̄perare non solum vndecim s̄ vniuersis discipulis et fra-
 tribus dixerunt angelum et saluatōre vidisse De quibus
 paulus meminit dicens. deinde apparuit plusq̄ quingē-
 tis fratribus simul. Est autem verior solutio. q̄ prius in
 hierusalem latianibus semel aut bis visus ē. in eozuz
 cōsolationez. in galilea vero non clamauit semel aut bis
 sed euz multa potestate ostensionē sui fecit p̄bens se eis
 viuente post passionem in multis signis vt Luc. testatur
 in actibz. vel sic Aug. dicit de cōsen. euan. q̄ d̄ ab angelo
 et dño dictum ē q̄ p̄cederet eos ī galilea. p̄bente accipi-
 edū in galilea. n. s̄z trāsmigratiōis significatiōez itelligē-
 dū occurrit. q̄ de populo israhel trāsmigratum erāt ad
 gētes q̄bns apostoli p̄dicantes nō crederēt nisi ipse viā
 in cordibus hominum p̄pararet. et tūc intelligit p̄ce-
 det eos in galileam. s̄m aut illud q̄ galilea inter p̄raf re-
 uelatio iam nō in forma serui intelligendū est. s̄ in qua ē
 equalis patri. quā promisit deus dilectoribus suis. quo
 nos p̄cedens nō deseruit.

Ad quartū sic proceditur

Videtur q̄ x̄ps nō debuere discipulis in alia effigie ap-
 parere. nō enim potest apparere s̄m v̄ritatem nisi quod
 est sed in x̄po nisi fuit vna effigies. si q̄ x̄ps in alia apparu-
 erit non fuit vera apparitio sed ficta. hoc aut est incōue-
 niens quia vt Aug. dicit in li. lxxxiij. questio. si fallit veri-
 tas non est. Est autem veritas x̄ps. ergo videtur q̄ x̄ps nō
 debuit in alia effigie apparere. **Pre.** nihil pot in alia
 effigie apparere q̄ habeat. nisi oculi intuentiū aliquibz
 p̄stigijs de tineantur. h̄mōi aut p̄stigia cum fiant magi-
 cis artibus nō conueniunt x̄po. s̄m illud. ij. Cor. xvi. que
 cōuentio x̄pi ad belial. ergo videtur q̄ non debuit in alia
 effigie apparere. **Pre.** sicut p̄ sacram scripturam nostra
 fides certificatur ita discipuli certificati sunt de fide resur-
 rectionis p̄ x̄pi apparitiones. sed sicut dicit Aug. in epla
 ad Hiero. si vnum mendatiū in sacra scriptura recipiēt
 infirmabit tota scripture auctoritas. q̄ si vel ī vna appar-
 itione x̄ps apparuit discipulis aliter q̄ esset infirmabit
 quicq̄ post resurrectionem viderūt in x̄po. q̄d est incōue-
 niens. nō q̄ debuit in aliena effigie apparere. **Sed** ē
 q̄d dicitur Mar. vlti. post hoc duobus ex eis ambulanti-
 bus ostensus est in alia effigie. euntibus in villam i. **R̄.**
 R̄n. v̄dm q̄ sicut dictum ē resurrectio x̄pi manifestada
 fuit hominibus per modum quo eis diuina reuelantur.
 innotescunt aut diuina hominibus s̄m q̄ diuersimode
 sunt affecti. nam illi qui habēt mentē bene dispositā s̄m
 veritatem diuina recipiunt. illi aut qui habent mentem
 non bene dispositā diuina p̄cipiunt cum quādam cōfu-
 sione dubitatis vel erroris. homo enim animalis nō p̄ci-
 pit ea que sunt sp̄s dei. vt dicit. i. Cor. ij. et iō x̄ps qui
 busdam ad credendum dispositis post resurrectionē ap-
 paruit in sua effigie. illis autē in alia effigie apparuit. qui
 iam cōra fidem videbantur tepescere. vnde dicebant nos

sp̄erabam. quia ipse esset redemptor israhel. vñ Greg.
 dicit in omelia. q̄ talē se exhibuit in corpore qualis apud
 illos erat in mente. q̄ ad buc in eoz cordibz p̄grin⁹ erat
 a fide iō ire se long⁹ finxit. facti esset p̄grin⁹. **Ad. i. q̄**
 v̄dm. q̄ sicut dicit Aug. in li. de questionibz euāgelista-
 rū nō omne q̄d fingim⁹ mēdatiū ē. s̄ q̄n id fingim⁹ q̄d ni-
 hil significat tūc mēdatiū ē. cū aut fictio n̄ra referat ad ali-
 quā significatiōē nō ē mēdatiū s̄z aliqua figura veritatis.
 alioquin oia que a sapientibus et sanctis viris vel etiā ab ip-
 so domino figuratiue dicta sunt mēdatia reputabuntur
 q̄ s̄m v̄litarū intellectū nō cōsistit veritas in talibz dicitis
 sicut autē dicta ita etiam finguntur sacra sine mēdatio.
 ad aliquā rem significandam. et ita factū est hic vt dicitū
 est. **Ad. ij. q̄d** sicut dicit Aug. in li. de cōsen. euā-
 gelistarū dñs poterat trāsserre carnē suā vt in alia re ve-
 ra esset effigies ab alia quā solebant inueni. q̄nquidē et in
 te passionem suā transformatus ē in mōte. vt facies ei⁹
 daretur sic sol. sed nō ita nūc factū est. nō enīz incōgruē
 ter accipimus hoc impedimētū in oculis eoz a sabana
 fuisse ne agnosceretur ihs vnde Luc. vlti. dicit q̄ oculi
 eoz tenebant neq̄ agnoscerēt. **Ad. iij. q̄d** q̄ rōe illa
 sequeretur si ab aliene effigie aspectu nō fuissent reducti
 ad vere videndū x̄pi effigie. sic enīz Aug. ibidē dicit. tūc
 a x̄po facta ē p̄missio vt. s̄. p̄dicto mō oculi eoz tenerent
 vltz ad sacramētū panis. vt v̄ritate corporis ei⁹ p̄cipa-
 re remoueri intelligatur impedimentum iūmici vt x̄ps pos-
 sit agnosci. vñ ibidē subdit. q̄ apti sunt oculi eoz. et cog-
 nouerūt eū nō q̄ aī clausis oculis ambularet. s̄z ierat ali⁹
 q̄d quo nō sineret agnoscerē q̄d videbāt q̄d. s̄. caligo et ali-
 q̄s humor solet efficere.

Ad quintuz sic procedit

Videtur q̄ x̄ps nō debuere veritate resurrectionis argumē-
 tis declarare. dicit enim Ambro. tolle argumenta vbi si-
 des q̄ntur. s̄z circa resurrectionem x̄pi q̄ritur fides. nō q̄
 habēt locū argumenta. **Pre.** Greg. dicit fides nō ba-
 bet meritum. vbi humana rō p̄ebet exp̄imētū. sed ad x̄p̄z
 nō p̄inebat meritū fidei euacuare q̄ ad eū nō p̄inebat
 resurrectionē p̄ argumenta p̄bare. **Pre.** x̄ps ī mūdūz
 venit vt p̄ eū hoies beatitudines adipiscantur. s̄m illud
 Job. x. ego veni vt vitam habeant. et habūdant⁹ habeāt.
 sed p̄ h̄mōi ostensioes argumētōz videt humane beatitu-
 dinis impedimētū p̄stant. dē. n. Job. xx. ex ore ipsius. dñi. be-
 ati qui nō viderūt et crediderunt. s̄ videt q̄ x̄ps non de-
 buerit p̄ aliqua argumēta suā resurrectionē manifestare
Sed ē est q̄d dicit Act. i. q̄ apparuit discipulis p̄ di-
 es. xl. in multis argumētis loquēs de regno dei. **R̄n.**
 v̄dm q̄ argumētū dupl̄r dicit. q̄nq̄. n. dē argumētū q̄
 cūq̄ ratio rei dubie faciens fidē. q̄nq̄ aut dē argumē-
 tūz aliq̄d sensuale signūz. q̄d inducitur ad alicuius ver-
 itatis manifestatiōez. sic etiā Ari. in libris suis aliq̄n v̄i-
 tur noie argumēti. **Primo** q̄ mō accipiēdo argumētuz
 x̄ps non p̄bauit discipulis suā resurrectionē p̄ argumēta
 q̄ tal p̄batio argumētatiua p̄cedit ex aliq̄bus p̄cipijs.
 q̄ si nō essent nota discipulis nihil p̄ ea manifestaret eis
 q̄ ex ignotis nō pot aliq̄d fieri notū. si aut esset eis nota
 nō trāscēderet rōnez humanā. q̄ nō ēē efficacia ad fidē
 resurrectionis astruēdaz. q̄ rōem humanā trāscēdūt. opoz-
 tet. n. p̄cipia ex eodē genere assumi. vt dē in. i. poste. p̄-
 bauit autē eis resurrectionē p̄ auctoritatem sacre scrip-
 ture q̄ fidei fūdamētū. cū dicit. oportet impleri oia q̄ d̄i-
 cta sūt ī lege et psalmis et p̄p̄bis de me. vt habet Lu. vlti.

Si autem accipiatur secundo modo argumentum sic dicitur? dicitur suam resurrectionem argumentis declarasse. in quantum per quedam evidentissima signa se vere resurrexisset ostendit. unde in greco ubi nos habemus in multis argumentis loco argumenti ponitur certum quod est signum evidens ad probandum. que quidem signa resurrectionis ipse ostendit discipulis propter duo. Primo quidem quia non erant corda eorum disposita ad hoc quod defacili fide resurrectionis acciperent. unde de ipse dicit eis Luc. vlti. o stulti et tardi corde ad credendum et Mar. vlti. exprobrauit incredulitate eorum et duriciam cordis. Secundo ut per huiusmodi signa eis ostensa efficaciter eorum testimonium redderet. sicut illud i. Job. i. quod vidimus et audivimus et manus nostre conrectauerunt testamur. Ad. i. ergo dicitur quod Ambrosio? ubi loquitur de argumentis secundum rationes humanam procedentibus. que inualida sunt ad ea que sunt fidei ostendenda. sicut ostensum est. Ad. ii. dicitur quod meritum fidei est ex hoc quod homo ex mandato dei credit quod non videt. unde illa sola ratio meritum excludit que facit videri per scientiam id quod credendum proponitur. et talis est demonstrativa. Huiusmodi autem rationes ipse non induxit ad suam resurrectionem declarandam. Ad. iii. dicitur quod licet dicitur est meritum beatitudinis quod causat fides non totaliter excluditur. nisi homo nollet credere nisi ea que videret. sed quod aliquis ea que non videt credit per aliqua signa visa non totaliter fidem evacuat. nec meritum eius sicut et Thomas cui dictum est. quia vidisti me credidisti aliud vidit et aliud credidit. vidit vulnera et credidit deum est autem perfectioris fidei qui non requirit huiusmodi auxilia ad credendum. unde ad argumentum defectum fidei in quibusdam dicitur Job. ii. nisi signa et prodigia videritis non credetis. et secundum hoc potest intelligi quod illi qui sunt prompti animi ut credant deo etiam signis non visis sunt beati. per comparationem ad illos qui non crederent nisi talia viderent.

Ad sextum sic proceditur

Uidetur quod argumenta que ipse induxit non sufficienter manifestaerunt veritatem resurrectionis eius. nihil enim ostendit ipse discipulis post resurrectionem quod etiam angeli hominibus apparentes vel non ostenderunt vel non ostendere potuerunt. nam angeli frequenter in humana effigie se hominibus ostenderunt. et cum eis loquebantur et conuersabantur. et comedebant ac si essent homines veri. sicut patet Gen. i. xvi. quos abraham suscepit hospitio. et in libro Tobie de angelo qui cum duxit et reduxit. Et tamen angeli non habuerunt vera corpora naturalia sibi unita. quod requiritur ad resurrectionem. si ergo signa que ipse discipulis exhibuit fuerunt sufficientia ad resurrectionem eius manifestanda. Preterea ipse resurrexit gloria resurrectione. habens simul humanam naturam cum gloria. sed quedam ipse ostendit discipulis que videtur esse contraria nature humane. sicut quod ab oculis eorum evanuit. et quod ad eos ianuis clausis intrauit. quedam autem videntur fuisse contraria glorie. puta quod manducauit et bibit. quoniam habuit vulnere cicatrices. et videtur quod illa argumenta non fuerunt sufficientia neque convenientia ad fidem resurrectionis manifestandam. Preterea corpus ipse non erat tale post resurrectionem ut tangi deberet ab homine mortali. unde ipse dixit marie magdalene. noli me tangere Job. xx. nondum enim ascendi ad patrem meum. non ergo fuit ueniens quod ad manifestanda veritate sue resurrectionis seipsum discipulis palpabilem exhibuerit. Preterea. inter doctores gloriificati corporis precipue videtur esse claritas quam tamen in re

resurrectione nullo argumento ostendit. et videtur quod insufficientia fuerunt illa argumenta ad manifestanda qualitates resurrectionis christi. Sed est quod ipse qui dei sapientia suauiter et sapienter disponit omnia. ut dicitur Sap. vii. Rationem dicitur quod ipse resurrectionem suam dupliciter manifestauit scilicet testimonio et argumento seu signo. et utraque manifestatio in suo genere fuit sufficientis. est enim vltus duplici testimonio ad manifestandam suam resurrectionem discipulis quorum neutrum potest repelli. Quorum primum est testimonium angelorum qui mulieribus resurrectionem annunciauerunt. ut patet per omnes euangelistas. Aliud autem est testimonium scripturarum quas ipse proposuit ad ostensionem sue resurrectionis ut dicitur Luc. vlti. argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionem et etiam gloriosam. quod autem fuerit vera resurrectio ostendit. Uno modo ex parte corporis circa quod tria ostendit. Primo quidem quod est corpus verum et solidum. non corpus fantasticum vel rarum. sic est aer. et hoc ostendit per hoc quod corpus suum palpabile prebuit. unde ipse dicit Luc. vlti. palpare et videre. quod spiritus carne non habet et ossa. sicut me videtis habere. Secundo ostendit quod esset corpus humanum ostendendo ei veram effigiem quam oculis sue rentur. Tertio ostendit eis quod esset idem numero corpus quod prius habuerat. ostendendo eis vulnere cicatrices. unde legitur Luc. vlti. quod dixit eis. videte manus meas et pedes meos. quia ego ipse sum. Alio modo ostendit eis veritatem sue resurrectionis ex parte anime iterato corpori unite. et hoc ostendit per opera triplicis vite. Primo quidem per opus vite nutritiue. in hoc quod cum discipulis manducauit et bibit. ut legitur Luc. vi. Secundo per opus vite sensitiue in hoc quod discipulis ad interrogata respondit. et precibus salutabat. in quo ostendebat se et videre et audire. Tertio per opus vite intellectiue. in hoc quod cum eo loquebantur. et de scripturis diserebat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis ostendit etiam se habere diuinam naturam per miraculum quod fecit in piscibus capiendis. et vltimus per hoc quod eis videntibus ascendit in celum. quod ut dicitur Job. ij. nemo ascendit in celum nisi qui descedit de celo filius hominis qui est in celo. Etiam etiam sue resurrectionis ostendit per hoc quod ad eos ianuis clausis intrauit secundum quod Gregorius dicit in ome. palpanda carne dicitur prebuit. quam clausis ianuis introduxit ut post resurrectionem ostenderet corpus suum esse eiusdem nature et alterius glorie. Si militer etiam ad proprietatem glorie pertinebat quod subito ab oculis discipulorum evanuit. ut dicitur Luc. vlti. quia per hoc ostendebat quod in potestate eius erat videri et non videri quod prius ad conditionem gloriosi corporis. ut super dictum est. Ad. i. ergo dicitur quod singula genera argumentorum non sufficienter ad manifestanda ipse resurrectionem. omnia tamen simul accepta perfecte ipse resurrectionem manifestant. maxime propter scripture testimonium angelorum dicta. et ipsi ipse assertionem. miraculis confirmata. angeli autem asserentes non assererant se homines esse. sicut asseruit ipse vere se hominem esse. et tamen aliter manducauit et bibit et aliter angeli quia corpora ab angelis assumpta non erant viua corpora vel animata non erat vera commensio. licet esset vere cibi continuo vel tractatio in interioem partem corporis assumpti. unde et angelus dicit Tobie. x. cum esset vobiscum videbar quidam manducare et bibere vobiscum. sed ego cito inuisibili vobis sed quia corpus ipse vere fuit animatum vera fuit eius commensio. ut enim dicit Augustinus. ii. de ciuitate. non potestas sed egestas edendi corporibus resurgendum auferitur. unde sicut Beda. dicit. ipse manducauit potestatem non egestatem. Ad. ii. dicitur quod licet dictum est

argumenta quedā inducebant a xpo ad pbandā veritatē nature humane. quedā vero ad pbandum gloriā resur- gentis conditio aut humane nature fm q̄ i se p̄siderat quantū scz ad statum p̄ntem contrariā p̄dictioni glorie fm illud. j. ad Cor. xv. seminat in infirmitate. ⁊ resurget in virtute ⁊ ideo ea que inducunt ad ostendēdā cōdictionem glie vident habere contrarietatez ad naturam. non simpliciter s; fm statum p̄ntem ⁊ econuerso. vnde. Gre. dicit in Omel. q̄ duo mira ⁊ iuxta humanam rationem valde contraria sibi domini? ostēdit dñi post resurrectionē corp⁹ suū icorruptibile ⁊ tñ palpabile demonstrauit. Ad iij. dñm q̄ sicut dicit Aug⁹ super Iobanem hoc domini? dixit noli me tangere. nōdū enim ascendi ad patrem meū vt in illa femina figuratē ecclia de genibus. que in xpm non credidit nisi cū ascendisset ad patrem aut sic in se voluit credi lesua. hoc est sic se sp̄ialiter tangi. q̄ ipse ⁊ pater vnū sunt. eius quippe inrimis sc̄sibus quodāmodo ascen- dit ad patrem qui sic i eo p̄fecerit vt patri cognoscat equalē h̄c autē carnaliter adhuc in enim credebat quē sicut hōi minem flebat. q̄ aut maria alibi legit xpm tetigisse quā- do simul cū alijs mulieribus accessit ⁊ tenuit pedes que- stione n̄ facit vt seuerian⁹ dicit. si quidez illud de figura est hoc de esse. illud diuina grana hoc de humana natura. Vel sicut Luso. dicit volebat hęc mulier adhuc cum xpo conuersari sicut ⁊ ante passionē p̄ gaudio nihil in hoc ingrati cogitabat. q̄uis caro xpi multo melior fuit facta resurgendo. ⁊ ideo dixit nōdū ascendi ad patrem meū. q̄si diceret. non estimes me iā terrenā vitā agere. q̄ est in ter- ris me vides hoc est q̄ non ascendi ad patrem meum sed i p̄mptu ē q̄ ascēdā. vnde subdit ascendo ad patrem meū ⁊ patrem vestrum. Ad. iij. dñm q̄ sicut dicit Aug⁹ ad ozolium clarificata carne dñs resurrexit. sed noluit in ea clarificatōe discipulis apparere. quia non possēt oclis ras- lem claritatē p̄spicere. si em̄ anteq̄ morerē. p̄ nobis ⁊ re- surgeret quādo trāfiguratus est in monte discipuli sui eū videre nō potuerunt quāto magis clarificata carne domi- ni eum videre nō potuerūt. Est enā cōsiderandum q̄ post resurrectionē dñs hoc p̄cipue volebat ostēdere q̄ idē ipse esset qui mortuus fuerat qd̄ multū poterat impedire si eis sui corp⁹ claritatē ostenderet. nam imutatio q̄ fit fm aspectū maxime ostendit diuersitatem illius qd̄ videt. nā sensibilia p̄mnia inter que est vnum ⁊ multū vel idem ⁊ diuersum maxime diiudicat visus. sed ante passionē ne in infirmitatē passionis discipuli despicerēt maxime intēde- bat christus eis gliaz maiestatis sue ostēdere quā maxie demonstrat claritas corporis. ⁊ ideo ante passionē suam gliaz p̄mōstrauit discipulis p̄ claritatē. post resurrectionē aut palia inditia. Ad. v. dñ. q̄ sic dicit Aug⁹ in li. de cō- sensu euāgelistarū possum⁹ intelligere vnū angelū visū a mulieribus. ⁊ fm Matt. ⁊ fm Mar. vt eas ingressas i monumētū accipiam⁹ scz in aliq̄ spaciū qd̄ erat in aliq̄ mā p̄mūter atq; vidisse ibi angelū sedētea dextis. qd̄ dicit. Mar. deinde dñi introspicerēt locū in quo iacebat corp⁹ domini visos ab eis duos angelos p̄tio qd̄ sedētes vt dicit Jo. ⁊ postea assurrexisset vt stātes viderēt vt dicit luc

Questio. LVI.

Deinde consideranduz
 ē de causalitate resurrectionis xpi. Et circa hoc queritur duo. Primo vtrum xps sit causa nostre resurrectionis resurrectione sua. Secundo vtrum sit causa nostre iustificationis.

Ad primum sic proceditur

Videtur qd̄ resurrectio xpi nō sit causa resurrectionis cor- pum. posita em̄ cā sufficienti necesse est effectum poni. si ḡ xpi resurrectō ē cā sufficientis resurrectionis corpm statim eo resurgente omnes mortui resurgere debuerunt. Pre. causa resurrectionis mortuoz ē diuina iustitia. vt scz cor- pora simul p̄miantur vel puniant cū animabus sicut con- municauerūt in merito vel peccato. vt dicit Dio. c. vlt. celestis hierarchie. ⁊ etiā Dam. in. ij. li. sed iustitiā dei ne- cesse ē impleri etiā si xps nō surrexisset. ḡ etiā xps nō resur- gēte mortui resurgent. non ḡ resurrectio christi est causa resurrectionis corpm. Pre. si resurrectō xpi est cā resur- rectionis corpm aut esset causa exemplaris. a ut effectiua ruit meritoria. sed nō ē causa exemplaris. qz resurrectio nem corpm deus opabit. fm illud Jo. v. pater suscitāt mortuos. deus aut nō indiget respicere ad aliq̄d exēplar extra se. similiter etiā nō est causa effectiua. qz cā efficiens non agit nisi p̄ cōtractum ad mortuos qz resurgent p̄pter distantā tempis ⁊ loci similiter etiā nec p̄ cōtractū sp̄iale q̄ est p̄ fidē ⁊ caritatē. qz etiā infideles ⁊ peccatores re- surgent neq; etiā ē causa meritoria. qz christus resurgēs iam nō erat viator ⁊ ita non erat in statu merendi. et ita nullo modo resurrectō christi videtur esse causa nostre res- surrectionis. Pre. cū mors sit priuatio vite nihil vi- detur esse aliud destruere mortem quā reducere vitam. qd̄ p̄tinet ad resurrectionē. sed christus moriēdo mortē nostram destruxit. ḡ mors christi est cā nostre resurrectio- nis. non ḡ eius resurrectio. Sed cōtra est qd̄ sup illd̄ prima ad Cor. xv. si christus predicat qd̄ resurrexit a mor- tuis ⁊c. dicit glo. qui est efficiens causa nostre resurrectio- nis. Rñ. dñm q̄ illud qd̄ est primū in quolibet genere est causa eorum q̄ sunt post vt dicitur. ij. metaphi. primū autem in genere vte resurrectionis fuit resurrectō christi sicut ex dictis patet. vnde oportet qd̄ resurrectio christi sit causa nostre resurrectionis. ⁊ hoc est quod apof. dicit. j. Cor. xv. christus resurrexit a mortuis primitie dormien- tium. qm̄ quidem p̄ hominem mors. ⁊ per hominem re- surrectio mortuoz. Et hoc rationabiliter. nam principiū humane viuificationis est verbū dei. de quo dicitur in ps. apud te est fons vite. vnde ⁊ ipse dicit Jo. v. sicut pater suscitāt mortuos ⁊ viuificat sic et filius quos vult viuifi- cat. habet aut hoc naturalis ordo reurū diuinit us institut⁹ vt quilibet causa primo opet in id quod est sibi p̄pinquo ⁊ p̄ id quidē opetur in alia magis remota. sicut ignis pri- mo calefacit aerem p̄pinquū. p̄ quem calefacit corpa di- stincta. ⁊ ipse deus primo illuminat substātiās sibi p̄pinqs p̄ quas illuminat magis remotas. vt dicit Dio xij. c. ce- lestis hierarchie ⁊ ideo verbum dei primo attribuit vitāz immortalē corpi. naturaliter sibi vnito. ⁊ p̄ ipsū opatur resurrectionē in omnibus alijs. Ad. j. ergo dñm q̄ sic dictum est resurrectō christi est causa nostre resurrectōis p̄ virtutem vtrbi vniti. qd̄ quidē opatur fm voluntatem ⁊ ideo non oportet qd̄ statim sequat effectus. sed fm dispo- sitionem vtrbi dei. vt scz primo conformemur xpo paciēti et morienti in hac vita passibili ⁊ mortali. deinde pueni- am⁹ ad p̄cipā dā similitudinem resurrectionis. Ad. ij. dñm q̄ iustitiā dei est causa prima nostre resurrectōis re- surrectō aut xpi est cā sc̄daria ⁊ quasi instrumentalis. licet autem virtus principalis agentis determinet ad hoc in- strumentum determinate tamē ex quo p̄ hoc instrumētū opatur instrumētū illud est causa effectus. sic ḡ diuina

Q. m.

instituta quantum est de se non est obligata ad resurrectionem nostram causandam per resurrectionem christi. potuit enim alio modo nos deus liberare quam per resurrectionem christi. ut supra dictum est. ex quo tamen decessit nos liberare sic manifestum est quod resurrectio christi est causa nostre resurrectionis. **Ad. iiij.** dicitur quod resurrectio christi non est proprie loquendo causa meritoria nostre resurrectionis. sed est causa efficiens exemplaris. efficiens quidem in quantum humanitas christi secundum quam resurrexit est quodammodo instrumentum divinitatis ipsius. et operatur in virtute eius. ut supra dictum est et ideo sicut aliud quod per se in sua humanitate fecit vel passus est ex virtute divinitatis ipsius sunt nobis salutari ut supra dictum est ita et resurrectio christi est causa efficiens nostre resurrectionis in virtute divina cuius proprium est mortuos vivificare. que quidem virtus personaliter attingit omnia loca et tempora. et talis contactus virtualis sufficit ad resurrectionem efficientem. et quod ut dictum est per modum humane resurrectionis est divina iustitia ex qua christus habet potestatem iudicium facere in quantum filius hominis est virtus effectiva resurrectionis eius se extendit non solum ad bonos sed etiam ad malos qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut autem resurrectio corporis christi ex eo quod corpus illud est personaliter verbum unitum est prima in se ipsa etiam prima dignitate et precepto ut glo dicit. **1. Cor. xv.** semper autem id quod est perfectissimum est exemplar quod imitant minus perfecta secundum suum modum. Et ideo resurrectio christi est exemplar nostre resurrectionis. Quod quidem necessarium non est ex parte resuscitantis qui non indiget sed ex parte resuscitatorum quos oportet illi resurrectioni conformari secundum illud ad **Phil. iij.** reformabitur corpus humilitatis nostre conformatum corpori claritatis sue. licet autem effectiva causa resurrectionis christi se extendat ad resurrectiones tam bonorum quam malorum exemplaritas tamen eius se extendit proprie solum ad bonos qui sunt facti conformes filiationis ipsius. ut dicit **Ro. viij.** **Ad. iij.** dicitur quod secundum rationem efficientem que dependet ex virtute divina convenienter tamen mors christi que etiam resurrectio est causa destructionis mortis nostre. resurrectio vero eius per quam inchoavit vitam immortalem est causa reparacionis vite nostre. Passio tamen christi est in super causa meritoria. ut supra dictum est.

Ad secundum sic procedit

Videtur quod resurrectio christi non sit causa resurrectionis animarum. dicit enim **Aug.** super **Jo.** quod corpora resurgent per dispensationem humanam. sed anime resurgent per substantiam dei. Sed resurrectio christi non pertinet ad dei substantiam sed ad dispensationem humanam ergo resurrectio christi et si sit causa resurrectionis corporum. non tamen videtur esse causa resurrectionis animarum. **Pre. corp.** non agit in spiritum sed resurrectio christi pertinet ad corpus eius quod cecidit per mortem. ergo resurrectio christi non est causa resurrectionis animarum. **Pre.** resurrectio christi est causa resurrectionis corporum omnia enim corpora resurgent. secundum illud **1. Cor. xv.** omnes quidem resurgemus. sed non omni modo anime resurgent quod quedam ibunt in supplicium eternum. ut dicitur **Mat. xv.** ergo resurrectio christi non est causa resurrectionis animarum. **Pre.** resurrectio animarum fit per remissionem peccatorum sed hoc est factum per christi passionem. secundum illud **Apoc. j.** laudem nos a peccatis nostris in sanguine suo. ergo resurrectio animarum causa magis est christi passio quam eius resurrectio. **Contra** est quod **Apo.** dicit ad **Ro. iij.** resurrexit propter iustificationem nostram. que nihil aliud est quam resurrectio animarum

Et supra illud per ad vesperam demorabitur stetus dicit gloria quod resurrectio christi est causa resurrectionis anime in presenti et corporis in futuro. **Rn. dd.** quod sic dicitur est resurrectio christi agit in virtute divinitatis. que quidem se extendit non solum ad resurrectionem corporum sed etiam ad resurrectionem animarum. a deo enim est et quod anima vivit per gratiam et quod corpus vivit per animam. Et ideo resurrectio christi habet in se mentaliter virtutem effectivam non solum respectu resurrectionis corporum sed etiam respectu resurrectionis animarum similiter autem habet rationem exemplaritatis respectu resurrectionis animarum. quia christus resurgens debemus etiam secundum animam conformari. ut sicut secundum **Apo. ad Ro. vi.** christus resurrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite ambulemus. et sicut ipse resurgens ex mortuis iam non moritur ita et nos existimemus mortuos esse peccato ut iterum nos vivamus cum illo. **Ad. j.** ergo dicit **Aug.** dicit resurrectionem animarum fieri per dei substantiam quantum ad participationem. quia scilicet participando divinitatis bonitatis anime et fiunt iuste bone non autem participando quamcumque creaturam. unde cum dixisset anime resurgent per substantiam dei. subdit participatione enim dei fit anima beata. non participatione anime sancte sed participando gloriam corporis christi efficiuntur corpora nostra gloriosa. **Ad. ij.** dicitur quod efficacia resurrectionis christi pertinet ad animas non per propriam virtutem ipsius corporis resurgentis. sed per virtutem divinitatis cui personaliter unitur. **Ad. iij.** dicitur quod resurrectio animarum pertinet ad meritum. quod est effectus iustificationis. sed corporum resurrectio ordinatur ad penam vel premium que sunt effectus iudicantis. ad christum autem non pertinet iustificare omnes sed iudicare. et ideo omnes resuscitatur secundum corpus sed non secundum animam. **Ad. iij.** dicitur quod in iustificatione animarum duo concurrunt. scilicet remissio culpe. et novitas vite per gratiam. quantum ergo ad efficaciam que est per virtutem divinam tam passio christi quam resurrectio est causa iustificationis quo ad virtutem. sed quantum ad exemplaritatem proprie passio et mors christi est causa remissionis culpe per quam morimur peccato. resurrectio autem est causa novitatis vite que est per gratiam siue iustitiam. et ideo **Apo.** dicit ad **Ro. iij.** quod traditus est in mortem propter delicta nostra scilicet tollenda. et resurrexit propter iustificationem nostram. sed passio christi est causa meritoria. ut dictum est.

Questio. LVII.

Deinde considerandum

est de ascensione christi. Et circa hoc queruntur sex. Primo utrum fuerit conveniens christum ascendere. Secundo secundum quam naturam conveniat sibi ascensio. Tertio utrum secundum propriam virtutem ascenderit. Quarto utrum ascenderit super omnes celos corporeos. Quinto utrum ascenderit super omnes spirituales creaturas. Sexto de effectu ascensionis.

Ad primum sic proceditur

Videtur quod non fuit conveniens christum ascendere videtur enim **Phil. ij.** de celo et mundum. quod illa que optimo modo se habent possident summum bonum sine motu. sed christus optime se habuit. qui etiam est secundum naturam divinam summum bonum. et secundum humanam naturam est summe glorificatus. ergo summum bonum habet sine motu. sed ascensio christi est quidam motus. ergo non fuit conveniens quod christus

a'cederet. **P**re. omne quod mouetur. mouetur ppter aliquid melius sed christo non fuit melius esse in celo qm in terra. nihil enim accreuit sibi p hoc qd fuit in celo. neqz quantum ad animam. neqz quantum ad corpus. ergo videtur qd christus non debuit in celum ascendere. **P**re. filius dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutem. sed magis fuisset salutare hominibus qd semper conuersaretur nobiscum in terris. vt ipse dicit discipulis suis **L**u. xviij. venit dies quando desideratis videre vnum diem filij hominis et non videbitis. videtur ergo qd non fuit conueniens christo ascendere in celum. **P**re. sicut **Gr**e. dicit xliij. **M**oral. corpus christi in nullo mutatum fuit post resurrectionem. sed non immediate post resurrectionem ascendit in celum. quia ipse dixit post resurrectionem **J**o. xxi. nondum ascendi ad patrem meum. ergo neqz post. xl. dies ascendere debuit. **S**ed qd est dominus dicit **J**o. xx. ascendo ad patrem meum et pater vestrum **R**u. dicit qd locus debet esse proportionatus loco. christus autem p resurrectionem vitam imortalem et incorruptibilem inchoauit. locus autem in quo nos habitamus est locus generationis et corruptionis. sed locus celestis est locus incorruptionis. et ideo non fuit conueniens qd christus post resurrectionem remaneret in terris. sed conueniens fuit qd ascenderet in celum. **A**d. iij. ergo dicit qd illud optime se habet quod possidet sine motu summum bonum quod est deus. qui est omnino imutabilis. **S**ed illud **Malach**. iij. ego dominus et non mutor. quilibet autem creatura est aliquo modo mutabilis. vt patet per **Aug**. viij. sup **Gen**. ad litteram. et qd natura assumpta a filio dei remansit creata vt patet ex his que supra dicta sunt non est conueniens si ei aliquis motus attribueretur. **A**d. iij. dicit qd p hoc qd christus ascendit in celum nihil ei accreuit quantum ad ea que sunt de essentia glorie. siue fm corpus siue fm animam accreuit tamen ei aliquid quantum ad loci decentiam quod est ad bene esse glorie. non qd corpori eius aliquid aut perfectionis aut confirmacionis acquireretur ex corpore celestii sed solummodo ppter quandam decentiam. hoc autem aliquo modo pertinebat ad eius gloriam. et de hac decentia gaudium quoddam habuit. non quidem qd tunc de nouo de hoc gaudere inciperet quando in celum ascendit. sed quia nouo modo de hoc gaudium est sicut de re impleta. vnde super illud psalmi. delectationes in dextera tua vsqz in finem dicit glossa. delectationes et letitia erit tibi in consessu tuo humanis obtinuitibus subtracto. **A**d. iij. dicit qd licet presentia corporalis christi fuisset subtracta fidelibus p ascensionem presentia tamen diuinitatis ipsius semp adest fidelibus. **S**ed qd ipse dicit **M**att. vlt. ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. vsqz ad consumationem seculi. qui enim ascendit in celos non deserit ad oratos. vt dicit **leo** papa. **S**ed ipsa ascensio christi in celum qua corpalem presentiam nobis subtraxit magis fuit utilis nobis qm presentia corporalis fuisset. **P**rimo quidem ppter fidei augmentum que est de non visis. vnde ipse dominus dicit **J**o. xvi. qd spiritus sanctus aduentus arguet mundum de iustitia scilicet eorum qui eredunt vt **Aug**. dicit sup **J**o. ipsa quippe fidelium operatio infidelium est vituperatio. vnde subdit quia ad patrem vado et iam non videbitis me. beati enim qui non vident et credunt. erit itaqz vestra iustitia de qua mundus arguit quoniam in me quem non videbitis credetis. **S**ecundo ad spei subleuationem. vnde ipse dicit **J**o. xliij. si abiero et preparero vobis locum iterum veniam et accipiam vos ad me ipsum. vt vbi ego sum et vos sitis. per hoc enim qd

christus humanam naturam reassumptam in celo collocavit dedit nobis spem illuc pueniendi. quia vbi fuerit corpus illuc et congregabitur aquile. vt dicit **M**att. iij. et **M**ich. iij. dicitur. ascendit pandes iter ante eos. **T**ertio ad erigendum caritatis affectum in celestia. vnde dicit **A**pos. ad col. iij. que sursum sunt sapite non que super terram. vt et in dicitur **M**att. vj. vbi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum et quia spiritus sanctus amor est nos in celestia rapiens ideo dominus dicit discipulis **J**o. xvi. expedit vobis vt ego vadam. si enim non abiero pacatus non veniet ad vos si autem abiero mittam vobis eum ad vos. quod exponens **Aug**. super **J**o. dicit. non potestis capere spiritum quamdiu sum carnem noscere phisius christum. christo autem ascendente corporaliter non solum spiritus sanctus sed pater et spiritus sanctus illis affuit spiritualiter. **A**d. iij. dicit qd licet christo resurgenti in vitam imortalem congrueret locus celestis tamen ascensionem distulit vt veritas resurrectionis comprobaret. vnde dicitur **Act**. i. qd post passionem suam prebuit seipsum viuum discipulis in multis argumentis. per dies. xl. quia vt dicit glossa. quedam qd quia xl. horas mortuus fuerat. xl. diebus se viuere confirmat vt per xl. dies tempus presentis seculi quo christus in ecclesia conuersatur potest intelligi. scilicet qd homo constat ex quatuor elementis et eruditur contra transgressionem decalogi.

Ad secundum sic proceditur

Videtur qd ascendere in celum conueniat christo fm naturam diuinam. dicitur enim in ps. ascendit deus in uibilatione. et **De**utro. xliij. ascensor celi auxiliator tuus. sed ista dicuntur de deo. etiam ante christi incarnationem ergo christo conuenit ascendere in celum. **S**ed qd deus. **P**re. eiusdem est ascendere in celum cuius est descendere de celo fm illud **J**o. iij. nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit. et ad **Ephe**. iij. qui descendit ipse est qui et ascendit sed christus descendit de celo non fm qd homo sed fm qd deus. non enim humana natura ante in celo fuerat sed diuina. ergo videtur qd christus ascendit in celum fm qd deus. **P**re. christus sua ascensione ascendit ad patrem sed ad patris equalitatem non puenit fm qd homo. sic enim dicit maior me est vt habetur **J**o. xliij. ergo videtur qd christus ascendit fm qd deus. **S**ed contra est quod **Ephe**. iij. super illud qd autem ascendit quid est nisi quia descendit dicit glossa. constat qd fm humanitatem christus descendit et ascendit. **R**u. dicit qd ly secundum potest duo notare. scz conditionem ascensionis. et causam ascensionis. **E**t si quidem designat conditionem ascensionis tunc ascendere non potest conuenire christo fm conditionem diuine nature. tum quia nihil est diuinitati aliud quod possit ascendere. tum etiam quia scz ascensio est motus localis. qui diuine nature non competit. que est immobilis et inlocabilis. sed per hunc modum ascensio competit christo fm humanam naturam que continetur loco et motui subici potest. vnde sub hoc sensu poterimus dicere qd christus ascendit in celum fm qd homo. non fm qd deus. **S**i vero ly secundum designat causam ascensionis cum etiam christus ex virtute diuinitatis in celum ascenderit non autem ex virtute humane nature. dicendum erit qd christus ascendit in celum non fm qd homo sed fm qd deus vnde **Aug**. in sermone de ascensione dicit de nostro fuit qd filius dei pependit in cruce. de suo qd ascendit. **A**d. i. dicit qd auctoritates ille prophetice dicuntur de deo. fm qd car. **M**at. 2.

namus erat. Potest tamen dici quod ascendere est non proprie conveniat diuine nature potest tamen ei metaphorice convenire. prout scilicet dicitur in corde hominis ascendere quando cor hominis se subicit et humiliat deo. et eodem modo metaphorice dicitur ascendere respectu cuiuslibet creature ex eo quod eam subicit sibi. **¶ Ad. ij.** dicendum quod ipse idem est qui ascendit et descendit. dicit enim Aug⁹ in libro de symbolo. quis est qui descendit? deus. quis est qui ascendit? ipse idem deus homo. Descensus tamen duplex attribuitur christo. Unus quidem quo dicitur descendisse se de celo. quod quidem attribuitur deo homini. scilicet quod deus. non enim est iste descensus intelligendus secundum motum localem. sed secundum emanationem qua cum in forma dei esset ferui formam suscepit. sicut enim dicitur emanatio non ex eo quod suam plenitudinem amitteret sed ex eo quod nostram paruitatem suscepit. ita dicitur descendisse de celo non quia celum deseruit sed quia naturam terrenam assumpsit in unitate persone. alius autem est descensus quo descendit in inferiores partes terre. ut dicitur ad Ephe. iij. qui quidem est descensus localis unde competit christo secundum conditionem humane nature. **¶ Ad. iij.** dicendum quod christus dicitur ad patrem ascendere in quantum ascendit ad confessum patris dextere. quod quidem conuenit christo aliquantulum autem secundum diuinam naturam. aliquantulum autem secundum humanam. ut infra dicitur.

Ad tertium sic proceditur

¶ Videtur quod christus non ascenderit propria virtute. dicitur enim Mat. vii. quod dominus iesus postquam locutus est discipulis assumptus est in celum. Et Act. i. dicitur quod videntibus illis eleuatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum sed id quod assumitur et eleuatur ab alio videtur moueri. sed christus non propria virtute sed aliena ferebatur in celum. **¶** Pre. corpus christi fuit terrenum sicut et corpora nostra. corpus autem terreno contra naturam est ferri sursum nullus autem motus est propria virtute eius quod contra naturam mouetur. ergo christus non ascendit in celum propria virtute. **¶** Pre. virtus propria christi est virtus diuina. sed motus ille non videtur fuisse ex virtute diuina. quia cuius virtus diuina sit infinita motus ille fuisset in instanti. et sic non potuisset videntibus discipulis eleuari. ut dicit Act. i. ergo videtur quod christus non ascendit in celum propria virtute. **¶** Sed contra est quod dicitur Esa. lxiij. iste formosus in sola sua gradiens in multitudine fortitudinis sue. Et Gre. dicit in ome. ascensionis. notandum est helyas in curru legitur ascendisse. ut videlicet aperte demonstraretur quia homo purus adiutorio indigebat alieno redemptor autem noster non curru non angelis subleuatus legitur. quia qui fecerat omnia super omnia sua virtute ferebatur. **¶** Rn. dicendum quod in christo est duplex natura. diuina scilicet et humana. et secundum utramque naturam potest accipi propria virtus eius. sed secundum humanam naturam potest accipi duplex virtus christi una quidem naturalis que procedit ex principiis nature. et tali natura manifestum est quod christus non ascendit. alia autem virtus in humana natura est virtus glorie. secundum quam christus in celum ascendit. cuius quidem virtutis rationem quidam accipiunt ex natura quinte essentie. que est lux ut dicunt. quam ponunt esse de compositione humane nature. et per eam elementa contraria conciliari in vno. ita quod in statu huius mortalitatis natura elementaris in corporibus humanis dominatur. et ideo secundum naturam elementarem predominantis corporis

humanum naturali virtute deorsum fertur. in statu autem glorie predominabitur natura celestis. secundum cuius inclinationem et virtutem. corpus christi et alia sanctorum corpora feruntur in celum. Sed de hac opinione in prima parte habitum est. et infra magis agetur in tractatu de resurrectione communi. **¶** Hac autem opinione pretermissa alij asserunt signant rationem predicte virtutis ex parte anime glorioficate. ex cuius redundantia glorificabit corpus. ut Aug⁹. dicit ad Thymotheum. erit enim tanta obedientia corporis gloriofi ad animam beatam ut sicut dicit Aug⁹. xxiij. de cui. dei ubi volent spiritus ibi protinus erit corpus. nec volent aliquid quod nec spiritum possit decere nec corpus decet autem corpus gloriofum et immortale esse in loco celesti sicut dictum est. et ideo ex virtute anime volentis corpus christi ascendit in celum sicut autem corpus efficitur gloriofum ita ut Aug⁹ dicit super Jo. participatione dei fit anima beata. unde primo origo ascensionis in celum est virtus diuina. Sic ergo christus ascendit in celum propria virtute. primo quidem virtute diuina. secundo virtute anime glorioficate mouentis corpus prout vult. **¶** Ad. j. ergo dicendum quod sicut christus dicitur propria virtute surrexisse et tamen est suscitatus a patre eo quod est eadem virtus patris et filij. ita etiam christus propria virtute ascendit in celum et tamen est eleuatus et assumptus. **¶** Ad. ij. dicendum quod ratio illa probat quod christus non ascendit in celum propria virtute que est humane nature naturalis. ascendit enim in celum propria virtute que est virtus diuina. et propria virtute que est anime beate. et licet ascendere sursum sit contra naturam humani corporis secundum statum presentem in quo corpus non est omnino subiectum spiritui non tamen erit contra naturam neque violentum corpori gloriofo. cuius tota natura est omnino spiritui subiecta. **¶** Ad. iij. dicitur dum quod et si virtus diuina sit infinita et infinite operetur quantum est ex parte operantis. tamen effectus virtutis eius accipitur in rebus secundum eorum capacitatem. et secundum dei dispositionem corpus autem non est capax ut in instanti localiter moueatur. quia oportet quod commouatur se spacio. secundum cuius diuisionem diuiditur tempus. ut probatur. vj. philij. et ideo non oportet quod corpus motum a deo moueatur in instanti. sed mouetur ea velocitate qua deus disponit.

Ad quartum sic proceditur

¶ Videtur quod christus non ascenderit super omnes celos. dicitur enim in psal. dominus in templo sancto suo. dominus in celo sedes eius. quod autem est in celo non est supra celum. ergo christus non ascendit super omnes celos. **¶** Pre. duo corpora non possunt esse in eodem loco. cum ergo non sit transitus de extremo in extremum nisi per medium. videtur quod christus non potuisset ascendere super celos nisi celum diuideretur quod est impossibile. **¶** Pre. Act. i. dicitur quod nubes suscepit eum ab oculis eorum. sed nubes non possunt eleuari supra celum. ergo christus non ascendit super omnes celos. **¶** Pre. ibi credimus christum in eternum permanurum quo ascendit. sed quod contra naturam est non potest esse sempiternum. quia id quod est secundum naturam. lest ut in pluribus et frequentius. cum ergo contra naturam sit corpori terreno esse supra celum videtur quod corpus christi non ascendit supra celum. **¶** Sed contra est quod ad Ephe. iij. christus ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. **¶** Rn. dicitur dum quod quanto aliqua corpora perfectius participat bonitatem

diuinam tanto superiora corporali ordine. qui est ordo localis. unde videmus qd corpora que sunt magis formalia sunt naturaliter superiora vt patet per pbm in. iij. pbi. et in. ij. de celo et mundo. per formas enim vnumquodq corpus participat diuinum esse. vt patet in. j. pbi. plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam quam quodcunq corpus naturale per formas sue nature et inter cetera corpora gloriosa manifestum est qd corpus christi maiori resulget gloria. unde conuenientissimum e sibi qd sit super omnia corpora constitutum in alto. et ideo super illud ad Ephe. iij. ascendens in altum. et dicitur glo. loco et dignitate. Ad. j. ergo dicendum qd sedes dei dicitur esse in celo non sicut in continente sed magis sicut in contento. vnde non oportet aliquam partem celi eo superiorem esse. sed ipsum esse super omnes celos. sicut etiam dicitur in psal. eleuata est magnificentia tua super omnes celos. Ad. ij. dicendum qd quamuis de natura corporis non sit qd possit esse in eodem loco cum alio corpore tamen potest hoc deus facere per miraculum. qd in eodem loco possint esse. sicut et fecit corpus christi vt de clauso vtero beate virginis exiret. et qd intravit ianuis clausis. sicut dicit beatus Grego. corpus ergo christi conuenienter potest esse cum alio corpore in eodem loco. non ex proprietate corporis sed per virtutem diuinam assistentem et hoc oportet. Ad. iij. dicendum qd nubes illa non prebuit ad miniculum xpo ascendenti per modum vehiculi. Sed apparuit in signum diuinitatis. sicut qd gloria israel apparuit super tabernaculum in nube. Ad. iij. dicitur qd corpus gloriosum non habet ex principijs sue nature qd possit in celo aut supra celum esse. sed habet hoc ex anima beata ex qua recipit gloriam. et sicut motus gloriosi corporis sursum non est violentus ita nec quies est violenta. vnde de nihil prohibet eam esse sempiternam.]

Ad quintum sic proceditur

Videtur qd corpus christi non ascendit super omnes creaturas spirituales eorum enim que non dicuntur sicut ratione vna non potest conuenienter fieri comparatio. sed locus non eadem ratione attribuitur corporibus et spiritualibus creaturis. vt patet ex his que dicta sunt in prima parte. ergo videtur qd non possit dici corpus christi ascendisse super omnem creaturam spirituales. Pre. Aug. dicit in libro de vera religione. qd omni corpori spiritus prefertur. sed nobiliori rei sublimior debetur locus. ergo videtur qd christus non ascenderit super omnes spirituales creaturas. Pre. in omni loco est aliquod corpus cum nihil sit vacuum in natura si ergo nullum corpus obstat altiori locum qd spiritus in ordine naturalium corporum. nullus locus erit super omnem spirituales creaturam. non ergo corpus christi potuit ascendere super omnem spirituales creaturam. Sed contra est quod dicitur ad Ephe. j. constituit illum super omnem principatum et potestatem et super omne nomen quod nominatur siue in hoc seculo siue in futuro. Res. dicendum qd ratio debet alicui loci altior quanto e nobilior siue debetur ei locus per modum contactus corporalis sicut corporibus. siue per modum contractus spiritualis sicut spiritualibus substantijs. ex inde enim spiritualibus substantijs debet sicut quandam congruentiam locus celestis qd est supremus locorum quia ille substantie supreme sunt

in ordine substantiarum. corpus autem christi licet considerando conditionem nature corporee sit infra spirituales substantias. considerando tamen dignitatem vniuersalem qua est personaliter deo coniunctum excellit dignitatem omnium substantiarum spiritualium et ideo sicut predicta congruentie rationem debetur sibi locus altior ultra omnem creaturam etiam spirituales. vnde et Grego. dicit in omelia ascensionis. qd qui fecerat omnia super omnia sua virtute ferebatur. Ad. j. ergo dicendum. qd licet alia ratione attribuitur locus corporali et spirituali substantie tamen hoc est in vtraque ratione commune qd digniori rei attribuitur superior locus. Ad. ij. dicendum qd ratio illa procedit de corpore christi sicut rationem et conditionem nature corporee. non autem sicut rationem vniuersalem. Ad. iij. dicendum qd compatibilis potest accedi vel sicut rationem locorum. et sic nullus locus est tam altus qd excedit dignitatem spiritualis substantie sicut procedit obiectio. Ceterum dignitatem eorum quibus attribuitur locus et sic corpori christi attribuitur vt sit super spirituales creaturas

Ad sextum sic proceditur

Videtur qd ascensio christi non sit causa nostre salutis. christus enim fuit causa nostre salutis in quantum nostram salutem meruit. sed per ascensionem nihil nobis meruit quia ascensio pertinet ad premium exaltationis eius. non est autem idem premium et meritum. sicut nec via et terminus ergo videtur qd ascensio christi non fuit causa nostre salutis. Pre. si ascensio christi est causa nostre salutis maxime hoc videtur quantum ad hoc qd ascensio eius sit causa nostre ascensionis. sed hoc collatum e nobis per eius passionem. quia vt dicitur ad Hebre. x. habemus fiduciam introitu sanctorum. per sanguinem ipsius ergo videtur qd ascensio christi non fuit causa nostre salutis. Pre. salus per christum nobis collata est sempiterna. sicut illud Esa. l. salus autem mea in sempiternum erit. sicut christus non ascendit in celum vt ibi in sempiternum esset dicitur enim in Actu. j. quemadmodum vidimus eum ascendentem in celum ita veniet. legitur etiam multis sanctis se demonstrasse in terris post eius ascensionem. sicut de paulo legitur. Actu. j. ergo videtur qd eius ascensio non sit causa nostre salutis. Sed contra est quod ipse dicit Jo. vj. expedit vobis vt ego vadam. id est recedam a vobis per ascensionem. Res. dicendum qd ascensio christi est causa nostre salutis dupliciter. vno modo ex parte nostra alio modo ex parte ipsius. Ex parte quidem nostra in quantum per christi ascensionem mens nostra mouet in ipsum quia per eius ascensionem sicut supra dictum est. primo quidem datur locus fidei. secundo spei. tertio. scilicet caritati. quarto etiam per hoc reuerentia nostra augetur ad ipsum dum iam non estimamus eum sicut hominem terrenum sed sicut deum celestem. sicut etiam apostolus dicit ad Cor. v. et si cognouimus sicut carnem christum. id est mortalem per quod putamus eum tantum hominem vt glo. exponit. sed nunc iam non nouimus. Ex parte autem sui quantum ad ea que ipse fecit ascendens propter nostram salutem. Et primo quidem viam nobis prepaui ascendendi in celum. sicut ipse dicit Iohannis. xij. vado parare vobis locum. Et Michae. ij. ascendit pandens iter ante eos quia enim ipse est caput nostrum oportet illuc sequi membra quo precessit caput. vnde dicitur Iohan. xij. vt vbi ego

Om. 3.

sum et vos sitis. et in huiusmodi signum animas sancto-
rum quas de inferno eduxerat in celum transfudit. sicut
illud psalmi. ascendens ebrius in altum captiuus duxit
captiuitatem. quia scilicet eos qui fuerant a dyabolo cap-
tiui secum duxit in celum. quasi in locum; peregrinum
humane nature. bona captione captiuos. utpote per victo-
riam acquisitos. Secundo quia sicut pontifex in veteri testa-
mento intrabat sanctuarium ut assisteret deo pro populo
ita christus intravit in celum ad interpellendum pro no-
bis. ut dicitur ad Hebr. viij. ipsa enim representatio sui ex na-
tura humana quam celo in tulit est quedam interpellatio
pro nobis. ut ex quo deus humanam naturam sic exalta-
uit. in christo etiam eorum misereatur pro quibus filius
dei humanam naturam assumpsit. Tertio ut in celum
sede quasi deus et dominus consisteret ut inde diuina
dona hominibus mitteret. sicut illud ad Ephe. iij. ascen-
dit super omnes celos. ut adimpleret omnia. scilicet do-
nis suis sicut glo. Ad. j. ergo dicendum quod ascensio christi
est causa nostre salutis non per modum meriti. sed per mo-
dum efficientie. sicut supra de resurrectione dictum est.

Ad. ij. dicendum quod passio christi est causa nostre ascen-
sionis in celum proprie loquendo per remotionem peccati
prohibentis. et per modum meriti. ascensio autem christi
est directe causa nostre ascensionis. quasi inchoando
ipsam in capite nostro. cui oportet membra coniungi.

Ad. iij. dicendum quod christus semel ascendens in celum
adeptus est sibi et nobis in perpetuum ius et dignitatem
mansionis celestis. cui tamen dignitati non derogat si
ex aliqua dispensatione christus quandoque corporaliter
ad terram descendat. vel ut ostendat se omnibus sicut in
iudicio. vel ut ostendat se alicui specialiter sicut paulo sic
habetur Actuum. ix. Et ne aliquis credat hoc factum fuisse
illud non christo ibi corporaliter presente sed aliquo aliter
apparente contrarium apparet per hoc quod ipse apostolus di-
cit prima Cor. xv. ad confirmandam resurrectionis fidem
nouissime dominus tanquam abortiuus visus est et mihi. que
quidem visio veritatem resurrectionis non probaret nisi
ipsum verum corpus visum fuisset ab eo.

Questio. LVIII.

Deinde considerandum est de sessione ad dextram patris. Et circa hoc
queruntur quatuor. Primo utrum christus
sedeat ad dextram patris. Secundo utrum hoc conueniat
sibi sicut naturam diuinam. Tertio utrum conueniat
sibi sicut naturam humanam. Quarto utrum hoc sit pro-
prium christi.

Ad primum sic procedit

Videtur quod christo non conueniebat sedere ad dextram
dei patris. dextra enim et sinistra sunt differentie positio-
num corporalium. sed nihil corporale conuenit deo quia
deus spiritus est ut habetur Joban. iij. ergo videtur quod
christus non sedeat ad dextram patris. Preterea si
aliquis sedet ad dextram alicuius ille sedet ad sinistram
eius. si ergo christus sedet ad dextram patris sequitur quod
pater sedeat ad sinistram filii. quod est inconueniens.

Preterea sedere et stare videntur oppositionem habere

re. sed stefanus dicit Actuum. vij. ecce video celos apertos
et filium hominis stantem a dextris dei stantis. si videtur quod
christus non sedeat ad dextram patris. Sed contra est
quod dicitur. Marci ultimo dominus quidem iesus postquam
locutus est eis ascendit in celum et sedet ad dextris eius.

Responsio dicendum quod in nomine sessionis duo pos-
sumus intelligere. videlicet quietem. sicut illud Luc. vlti.
sedete hic in ciuitate. et etiam regiam vel iudicariam po-
testatem sicut illud. Prouer. xx. rex qui sedet in solio iudi-
cij dissipat omne malum intuitu suo. utroque ergo modo
christo conuenit sedere ad dextram patris. Uno quidem
modo in quantum eternaliter manet incorruptibilis in
beatitudine patris. que eius dextra dicitur sicut illud psal.
in dextra tua usque in finem. unde Augustinus dicit in sermone
de simbolo. sedet ad dextram patris sedere habitare intel-
ligitur. quomodo dicimus de quocumque homine in illa pa-
tra sedet per tres annos. sic ergo ipsum credere habitare
in dextra dei patris. beatus enim est. et ipsius beatitudinis
nomen est dextra patris. Alio modo dicitur christus sedere
in dextra patris in quantum patri contregnat. et habet
ab eo iudicariam potestatem sicut ille qui confidet regi
ad dextram assidet ei in regendo et iudicando. unde Augustinus
dicit in alio sermone de simbolo. ipsam dextram intelli-
ge potestatem quam accepit ille homo susceptus a deo. ut
veniat iudicaturus qui prius venerat iudicandus. Ad
j. ergo dicendum quod sicut dicit. Dama. in. iij. libro non lo-
calem dextram patris dicimus. qualiter enim qui in arcu
scriptibilis est localem adipiscetur dextram. dextra enim
et sinistra eorum que circumscribuntur sunt. dextram
autem patris dicimus gloriam et honorem diuinitatis.

Ad. ij. dicendum quod ratio illa procedit sicut quod sedere
ad dextram intelligitur corporaliter. unde Augustinus dicit in
quodam sermone de simbolo si carnaliter accepimus quod
christus sedet ad dextram patris ille erit ad sinistram. ibi
autem id est in eterna beatitudine omnis dextra est. quia
nulla est ibi miseria. Ad. iij. dicendum quod sicut dicit
Gregorius in offi. ascensionis sedere iudicantis est. stare
vero pugnantis vel adiuuantis. Stefanus vero in labo-
re certaminis positus stantem vidit quem adiutorem ha-
buit. sed post ascensionem marcus sedere describit. quia
post assumptionis sue gloriam iudex in fine videbitur.

Ad secundum sic procedit

Videtur quod sedere ad dextram patris non conueniat christo
sicut quod deus. christus enim sicut quod deus est dextra dei pa-
tris sed non videtur idem esse dextra alicuius. et ille qui
sedet ad dextram eius. ergo christus sicut quod deus non sedet
ad dextram patris. Preterea. Marci ultimo dicitur
quod dominus iesus assumptus est in celum et sedet a dextris
dei. christus autem non est assumptus in celum sicut quod deus
ergo etiam neque sicut quod deus sedet ad dextram dei. Pre-
terea christus sicut quod deus est equalis patri et spiritui sancto. si
ergo christus sicut quod deus sedet ad dextram patris pro ratione
et spiritui sancto sedebit ad dextram patris et filii. et ipse
pater ad dextram filii. quod nunquam inuenitur. Sed
contra est quod Dama. dicit quod dextram patris dicimus
gloriam et honorem diuinitatis. in qua dei filius existit an-
te secula ut deus et patri subsistentialis. Responsio di-
cendum quod sicut ex predictis patet nomine terre tria in-
telligi possunt. vno modo sicut Dama. gloria diuinitatis

alio modo fm Aug^o. beatitudo patris . tertio modo fm eundem iudiciaria potestas. Sessio autem vt dictum est vel habitationem vel regiam vel iudiciariam potestatem siue dignitatem designat. vnde sedere ad dextram patris nihil aliud est quam simul cum patre habere gloriam diuinitatis. et beatitudinem. et iudiciariam potestatem. et hoc incommutabiliter et regaliter. hoc autem conuenit filio fm q^o deus. vnde manifestum est q^o christus fm q^o deus sedet ad dextram patris ita tamē q^o bec prepositio ad que transitua est solam distinctionem personalem importat. et originis ordinem. non autem gradum nature vel dignitatis. qui null^o ē in diuinis personis. vt in prima prebabitum est. ¶ Ad .j. ergo dicendum q^o filius dei dicitur dextra patris. ppriate per modum quo etiam dicitur virtus patris. sed dextra patris fm tres significaciones p^o dictas est aliquid cōmune tribus personis. ¶ Ad .ij. dicendum q^o christus fm q^o homo est assumptus ad diuinum honorem qui in predicta sessione designatur. sed in ille honor diuinus conuenit christo. in quantum est deus non per aliquam assumptionem sed per eternam originē ¶ Ad .ij. dicendum q^o nullo modo potest dici q^o pater sedeat ad dextram filij vel spiritus sancti. quia filius vel spiritus sanctus trahunt originem a patre et non e conuerso. sed spiritus sanctus pprie potest dici sedere ad dextram patris vel filij fm sensum predictum. licet fm quandam appropriatōnem attribuat^o filio cui appropriatur equalitas. sicut dicit Aug^o. q^o in patre est. vnitas. in filio equalitas in sancto spiritu vnitas equalitatisq^o connexio.

Ad tertium sic proceditur

¶ Videtur q^o sedere ad dextram patris nō conuenit christo fm q^o homo vt em dicit Damasc. dextram patris dicimus gloriam et honorem diuinitatis. sed honor et gloria diuinitatis non conuenit christo fm q^o homo. ergo videtur q^o christus fm q^o homo non sedeat ad dextram patris.

¶ Preterea sedere ad dextram regnantis subiectōnem excludere videtur quia qui sedet ad dextram regnantis quodammodo illi conregnat. christus autem fm q^o homo est subiectus patri. vt dicitur prima Cor. xv. ergo videtur q^o christus fm q^o homo nō sedeat ad dextram patris.

¶ Preterea ad Roma. viij. super illud qui est ad dextram patris exponit glo. id est equalis patri in honore quo deus pater est vel ad dextram patris id est portioibus bonis dei. et super illud ad Hebr. j. sedet ad dextram in excelsis glo. id est ad equalitatem patris super omnia et loco et dignitate. Sed esse equalem deo nō conuenit xpo fm q^o homo. nam fm hoc ipse dicit Jo. iij. pater maior me est. ergo videtur q^o sedere ad dextram patris non conueniat christo fm q^o homo. ¶ Sed contra est q^o Aug^o dicit in sermone de simbolo. ipsam dextram intelligite potestatem quam accepit ille homo susceptus a deo vt veniat iudicaturus qui prius venerat iudicandus. ¶ Responso dicendum q^o sicut dictum est nomine dextre patris intelligitur vel ipsa gloria diuinitatis ipsius. vel beatitudo eterna ei^o. vel potestas iudiciaria et regalis. bec autem prepositio ad quandam ad dextram accessum designat in quo designatur conuenientia cum quadam distinctōe vt supra dictum est. Quod quidem potest esse tripliciter. ¶ Vno modo vt sit conuenientia in natura et distinctio in persona. et sic christus fm q^o filius dei sedet ad dextram

patris. quia habet eandem naturam cum patre. vnde p^o dicta conueniunt essentia liter filio sicut et patri. et hoc est esse in equalitate patris. Alio modo fm gratiam vnionis que importat e conuerso distinctionem nature et vnitatem persone. et fm hoc christus fm q^o homo est filius dei. et per consequens sedens ad dextram. s. patris. ita tamen q^o li fm q^o nō designat conditionē nature sed vnitatem suppositi. vt supra expositum est. Tertio modo potest p^o dictus affectus intelligi fm gratiam habitualement. que abundantior est in christo p^o omnibus alijs creaturis. in tantū q^o ipsa natura humana in christo est beator ceteris creaturis. et super omnes alias creaturas habens regiam et iudiciariam potestatem. Sic ergo si ly fm q^o designat conditionem nature christus fm q^o deus sedet ad dextram patris id est in equalitate patris fm autem q^o homo sedet ad dextram patris in bonis paternis portioibus p^o ceteris creaturis id est in maiori beatitudine. et habet iudiciaria potestatem. Si dō ly fm q^o designat vnitatem suppositi sic etiam fm q^o homo sedet ad dextram patris fm equalitatem honoris. in quantum scilicet eodem honore veneratur ipsum filium dei cum eadem natura assumpta vt supra dictum est. ¶ Ad .j. ergo dicendum q^o humanitas christi fm conditiones sue nature non habet gloriam vel honorem diuinitatis quam tamen habet ratione persone cui vnitur. vnde ibidem subdit. Damasc. in qua scilicet gloria diuinitatis filius dei existens ante secula vt deus et patri consubstantialis sedet conglorificata ei carne eius adoratur enim vna hypostasis vna adoratio ne cuz carne eius ab omni creatura. ¶ Ad .ij. dicendum q^o christus fm q^o homo subiectus est patri prout ly fm q^o designat conditionem nature. et fm hoc non competit ei sedere ad dextram patris fm rationem equalitatis fm q^o est homo. sic autem competit ei sedere ad dextram patris fm q^o per hoc designatur excellentia beatitudinis. et iudiciaria potestas super omnem creaturā. ¶ Ad .ij. dicendum q^o esse in equalitate patris non pertinet ad ipsam naturam humanam christi sed solum ad personā assumptam. Sed esse in portioibus bonis dei fm q^o importat excellentiam aliarū creaturā conuenit etiā ipsi nature assumpte.

Ad quartum sic procedit

¶ Videtur q^o sedere ad dextram patris non sit pprium xpi. dicit enim apostolus ad Ephe. ij. q^o resuscitauit nos et cōsedere nos fecit in celestibus in christo iesu. sed resuscitari non est pprium christi. ergo pari ratione nec sedere ad dextram dei in excelsis. ¶ Preterea sicut dicit Augusti. in libro de simbolo. sedere ad dextram patris christum hoc est habitare in eius beatitudine. sed hoc multis alijs conuenit. Ergo videtur q^o sedere ad dextram patris non sit pprium christi. ¶ Preterea ipse dicit Apoc. iij. qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut et ego vici sedi cuz parte meo in throno ei^o. s. per hoc sedet christus ad dextram patris q^o sedet in throno eius. ergo etiaz alij q^o vicerit sedent ad dextram patris. ¶ Preterea Matt. xx. dominus dicit. sedere ad dextram meam et sinistram non est meum dare vobis. sed quibus parum est a patre meo hoc autem frustra diceretur nisi esset aliquibus parum. ergo sedere ad dextram non solo christo conuenit. ¶ Sed contra est quod dicit ad Hebr. j. ad quem alij quando dixit angelorū sede ad dextris meis id est in po

¶ m. 4

tionibus meis vel mihi secundum diuinitatem equalis quasi diceret ad nullum. Sed angeli sunt superiores alijs creaturis. ergo multo minus nulli alij conuenit sedere ad dextram patris quam christo. **R**esponso dicendum quod sicut dicitur. christus dicitur sedere ad dextram patris in quantum secundum diuinam naturam est in equalitate patris secundum autem humanam naturam in excellenti possessione diuinorum bonorum pre ceteris alijs creaturis. vtrumque autem soli christo conuenit. vnde nulli alio nec angeli homini conuenit sedere ad dextram patris nisi soli christo.

Ad .j. ergo dicendum. quod quia christus est caput nostrum illud quod collatum est christo. est etiam nobis collatum in ipso. Et propter hoc quia ipse resuscitatus est dicit apostolus quod deus nos quodammodo ei conresuscitauit. quia tam est nobis ipsis nondum sumus resuscitati sed resuscitandi. secundum illud ad romanos .viij. qui suscitauit iesum christum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora nostra. et secundum eundem modum loquendi subdit apostolus quod confedere nos fecit in celestibus. scilicet in hoc ipso quod caput nostrum quod est christus ibi sedet. **A**d .ij. dicendum quod quia dextra dei est diuina beatitudo sedere in dextra non significat simpliciter esse in beatitudine sed habere beatitudinem cum quadam dominatiua potestate. et quasi propriam et naturalem quod soli christo conuenit. nulli autem alie creature. Potest tamen dici quod omnis sanctus qui est in beatitudine est ad dextram dei patris constitutus. vnde et dicitur. **M**at. xxv. quod statuet oues a dextris. **A**d .ij. dicendum quod per thronum significatur iudiciaria potestas quam christus habet a patre. et secundum hoc dicitur sedere in throno patris. Alij autem sancti habent eam a christo. et secundum hoc dicitur in throno christi sedere. secundum illud **M**at. xix. sedebitis et vos super sedes. .xij. iudicantes. .xij. tribus israel.

Ad .ij. dicendum quod sicut dicit crisostomus super **M**atthe. locus ille id est confessus dextre est communis omnibus et non solum hominibus sed etiam angelis. sicut enim precipuum vnguenti ponit paulus dicens. ad quem antequam angelorum dicit vnquam sede ad dextris meis et dominus ergo non quasi essentibus quibusdam qui assessori sunt sed condescendens interrogationi respondit. hoc enim vnum solum querebatur pre alijs stare apud ipsum. **P**ostest tamen dici quod petebant filij zebedei excellentiam habere pre alijs in participando iudiciariam potestatem eius. vnde non petebant quod sederent ad dextram vel sinistram patris. sed ad dextram vel sinistram christi.

Questio. LIX.

Einde confide

randum est de iudiciaria potestate christi. Et circa hoc querunt sex. **P**rimo vtrum iudiciaria potestas sit attribuenta christo. **S**ecundo vtrum

conueniat sibi secundum quod est homo. **T**ertio vtrum fuerit eam ex merito adeptus. **Q**uarto vtrum eius iudiciaria potestas sit vniuersalis respectu omnium hominum. **Q**uinto vtrum preter iudicium quod agit in hoc tempore sit expectandus ad vniuersale iudicium futurum. **S**exto vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat. **D**e executione autem finalis iudicij conuenientius agitur cum considerabimus de hijs que pertinent ad finem mundi. nunc autem sufficit ea sola tangere que pertinent ad christi dignitatem.

Ad primum sic procedit

Videtur quod iudiciaria potestas non sit specialiter attribuenta christo. iudicium enim aliquorum videtur pertinere ad dominum. vnde dicitur ad romanos .xij. tu quis es qui iudicas alienum seruum. sed esse dominum creaturarum est commune toti trinitati. non ergo debet christo specialiter attribui iudiciaria potestas. **P**roterea **D**anie. viij. dicitur. antiquus dierum sedit. et postea subditur. iudicium sedit. et libri aperti sunt sed antiquus dierum intelligitur pater. quia ut dicit **B**ylari. in patre est eternitas ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda patri quam christo.

Proterea eiusdem videtur iudicare cuius est arguere sed arguere pertinet ad spiritum sanctum. dicit enim dominus **Jo.** xv. cum autem venerit ille scilicet spiritus sanctus arguet mundum de peccato de iustitia et de iudicio. ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda spiritui sancto quam christo. **S**ed contra est quod dicitur **Actuum** .x. de christo biceff. qui constituitur est a deo iudex viuorum et mortuorum. **R**esponso dicendum quod ad iudicium faciendum tria requiruntur. **P**rimo quidem potestas subditos cohercedi. vnde dicitur **Ecclesiasti.** .vij. noli querere fieri iudex nisi valeas virtute rumpere iniquitates ne forte extimescas faciem potentis. et ponas scandalum in agilitate tua. **S**ecundo recitudo zeli. ut scilicet aliquis non ex odio vel liuore sed ex amore iustitie iudicium profecerat. secundum illud **Prouerborum.** .ij. quem enim diligit dominus corripit. et quasi pater in filio complacet sibi. **T**ertio requiritur sapientia secundum quam formatur iudicium secundum illud **Ecclesiasti.** .x. iudex sapiens iudicabit populum suum et principatus sensum stabilis erit. **P**rima autem duo pre exiguntur ad iudicium. **S**ed proprie tertium est secundum quod accipitur forma iudicij quia ipsa ratio iudicij est lex sapientie vel veritatis secundum quam iudicatur. et quia filius est sapientia genita. et veritas a patre procedens et ipsum perfecte representans ideo proprie iudiciaria potestas attribuitur filio dei. **A**ugustinus dicit in libro de **xx.** religi. hec est incommutabilis veritas illa que lex omnium in artium recte dicitur. et ars omnipotentis artificis. vnde antequam nos et omnes anime rationales secundum veritatem de inferioribus recte iudicamus sic de nobis quando eidez coheremus sola ipsa veritas iudicat. **D**e ipsa vero nec pa

ter. non enim minus est q̄ ipse. Et ideo que pater iudicat per ipsum iudicat. Et post ea concludit pater ergo nō iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio.

¶ Ad primū ergo dicendum q̄ ex illa ratione probatur q̄ iudiciaria potestas sit communis toti trinitati. quod et verum est sed tamen per quandam appropriationem iudiciaria potestas attribuitur filio. vt dictum est.

¶ Ad ij. dicendum q̄ sicut dicit Augustinus. vi. de trinitate. patri attribuitur eternitas. propter commendationem principij. quod etiam importatur in ratione eternitatis. Ibidem etiam Augustinus dicit q̄ filius est ars patris. sic ergo auctoritas iudicandi attribuitur patri. in quantum est principium filij. sed ipsa ratio iudicij attribuitur filio qui est ars et sapientia patris vt scilicet sicut pater fecit omnia per filium suum. in quantum est eius ars ita etiam iudicat omnia per filium suum in quantum est sapientia et veritas eius. Et hoc significatur in danieli vbi primo dicitur. q̄ a n̄tiquis diebus sedit. et postea subditur q̄ filius hominis peruenit vsq̄ ad antiquum dierū. et dedit ei prātē et honore et regnū. p̄ qd̄ dā intelligi q̄ auctoritas iudicandi ē apud p̄tē. a q̄ fili⁹ accepit prātē iudicandi. ¶ Ad iij. dicendum. q̄ sicut dicit Augu. super Iohannē ita dixit x̄ps q̄ spiritus sanctus arguet mundum de peccato. tanquam diceret. ille diffundet in cordibus vestris charitatem. sic enim timore depulso arguendi habebitis libertatē. sic ergo spiritus sancto attribuitur iudicium non quantum ad rationem iudicij. sed quantum ad effectum iudicandi quem homines habent.

Ad secundū sic procedit

¶ Videtur q̄ iudiciaria potestas non conueniat christo s̄m q̄ homo. dicit enī Augustinus i libro de vera religioe q̄ iudicium attribuitur filio in quantum est ipsa lex prime veritatis. sed hoc pertinet ad christum s̄m q̄ est deus. ergo iudiciaria potestas non conuenit christo s̄m q̄ est homo. sed s̄m q̄ est deus. ¶ Preterea ad iudiciaria potestatem pertinet premiare bene agentes sicut et punire malos. sed premium bonorum est beatitudo eterna. que nō datur nisi a deo. dicit enim Augustinus. super Iohannē q̄ participatione dei sit anima beata. non autē participatione anime sancte. ergo videtur q̄ iudiciaria potestas non conuenit christo s̄m q̄ homo. sed s̄m q̄ deus.

¶ Pre. ad iudiciariam christi potestatem pertinet iudicare occulta cordium. s̄m illud. i. ad Corin. ii. iij. Nolite ante tempus iudicare. quousq̄ veniat dominus. qui illuminabit abscondita tenebrarum. et manifestabit conscientia cordium. et tunc laus erit vnicuiq̄ a deo. Sed hoc pertinet ad solam virtutem diuinam. s̄m illud. Hier. xvij. paruum est cor hominis et inscrutabile. quis cognoscerit illud? Ergo dominus scrutans corda et renes. qui do vnicuiq̄ iuxta viam suam. ergo iudiciaria potestas non conuenit christo s̄m q̄ est homo. sed s̄m q̄ est deus.

¶ Sed cōtra est quod dicitur Iohannis. v. potestatem dedit ei facere iudicium. quia filius hominis est. ¶ Responso dicendum q̄ Chrysostomus. super Iohannē sentire videtur quod iudiciaria potestas non conueniat christo s̄m q̄ homo. sed s̄m q̄ deus. vnde auctoritatem Iohannis sic exponit. potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. nolite mirari hoc. non enim

propterea suscepit iudicium quoniam homo est. sed quia ineffabilis dei filius est. propterea iudex est. quia vero ea que dicebantur erant maiora q̄ s̄m homines. ideo hanc opinionem soluens dixit ne miremini. quia filius hominis est. etenim ipse est etiam filius dei. quod quidem probat per resurrectionis effectum. vnde subdit. quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei. Sciendum tamen q̄ quamuis apud deum remaneat primatia auctoritas iudicandi. hominibus tamen committitur a deo iudiciaria potestas respectu eorum que eius iurisdictioni subijciuntur. Unde dicitur Deutero. i. quod iustum est iudicare. siue cuius sit ille siue peregrinus. nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis vt magnum nec accipietis cuiusq̄ personam. et postea subditur. quia dei est iudicium. cuius scilicet licet auctoritate vos iudicatis. dictum est autem supra q̄ christus etiam in natura humana est caput totius ecclesie. et q̄ sub pedibus eius deus omnia subiecit. vnde et ad eum pertinet etiam s̄m humanam naturam habere iudiciariam potestatem. et propter q̄ Augustinus auctoritatem predictam et euangelij sic dicit esse intelligendam. potestatem dedit ei facere iudicium quia filius hominis est. non quidem propter conditionem nature. q̄ sic omnes homines huiusmodi potestatem haberent. vt Chrysostomus obiicit. sed hoc pertinet ad gratiam capituli quam christus in humana natura suscepit. Competit autem christo hoc modo s̄m humanam naturam iudiciaria potestas propter tria. Primo propter convenientiam et affinitatem ipsius ad homines. Sicut enim deus per causas medias tanquam propinquiores effectibus operatur. ita iudicat per homines christum homines. vt sit suus iudicij hominibus. vnde Apostolus dicit ad Hebreos. iij. non habemus pontificem qui non possit comparari infirmitatibus nostris. temptatum per omnia pro similitudine absq̄ peccato. ad eam ergo cum fiducia ad thronum gratie eius. vt misericordiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Secundo etiam quia in finali iudicio vt Augustinus dicit super Iohannē erit resurrectio corporum mortuorum que suscitabit deus per filium hominis sicut per eundem christum suscitauit animas in quantum est filius dei. Tertio quia vt Augustinus dicit in libro de verbis domini. nec erant boni et mali. restabat ergo vt scz in iudicio forma seruare. et malis ostēderetur et forma dei solis bonis seruari. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ iudicium pertinet ad veritatem sicut ad regulam iudicij. sed ad hominē qui est veritate imbutus pertinet s̄m q̄ est vnum quoddammodo cum ipsa veritate. quasi quedam lex et quedam iusticia animata vnde et ibi. Augustinus introduxit quod dicitur. i. Corin. ii. ij. spiritualis iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur. Anima autē christi pre ceteris creaturis magis fuit vnita veritati. et magis ea repleta s̄m illud. i. Corin. i. vidimus eum plenum gratie et veritatis. et s̄m hoc ad animam christi maxime pertinet omnia iudicare. ¶ Ad ij. dicendum q̄ solus dei ē suā principatione aīas brā facere. s̄ adducere homines ad brā iudicij. q̄ caput et auctor salutis eoz x̄pi ē s̄m illud ad Hebr. q̄ multos filios i gloriā adduxerat. auctorem salutis eoz. ¶ m. s.

rum per passionem consumari. **¶** Ad. iij. dicendum qd cognoscere occulta cordium et diiudicare per se pertinet ad solum deum. sed ex refluencia diuinitatis ad animas christici conuenit etiam cognoscere et diiudicare occulta cordium. ut supra dictum est cum de scientia christi ageretur. et ideo dicitur ad Roma. v. in die cuius iudicabit deus occulta hominum. per iesum christum.

Ad tertium sic proceditur

¶ Videtur qd christus non ex meritis fuerit adeptus iudicariam potestatem. Iudiciaria enim potestas assequitur regiam dignitatem. sicut illud. **¶** Prover. xx. rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. sed regiam dignitatem christus obtinuit absq; meritis. Competit enim ei ex hoc ipso qd est unigenitus dei. dicitur enim Luc. i. dabit ei dominus sedem dauid patris eius. et regnabit in domo iacob in eternum. ergo christus iudicariam potestatem non obtinuit ex meritis. **¶** Preterea sicut dictum est iudiciaria potestas competit christo in quantum est caput nostrum. sed gratia capitis non competit christo ex meritis sed consequitur personalem unionem diuine et humane nature. sicut illud vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre plenam gratie et veritatis. et de plenitudine eius nos omnes accepimus. quod pertinet ad rationem capitis. ergo videtur qd christus non habuit ex meritis iudicariam potestatem. **¶** Preterea apostolus dicit. i. Corinth. ij. spiritualis iudicat omnia sed homo efficitur spiritualis per gratiam. que non est ex meritis. alioquin iam non esset gratia. ut dicitur ad Roma. n. ergo videtur qd iudiciaria potestas non conueniat nec christo. nec alijs ex meritis. sed ex sola gratia. **¶** Sed contra est quod dicitur Job. xvi. causa tua quasi impij iudicata est. iudicium causamq; recipies. et Augustinus dicit in libro de verbis domini. sedebit iudex. qui sedit sub iudice. dampnabit reos. qui false factus est reus. **¶** Responsio dicendum qd nihil prohibet vnum et idem debere alicui ex causis diuersis. sicut gloria corporis reusurgentis debita fuit christo non solum propter conuenientiam diuinitatis et congruentiam. et propter gloriam anime. sed etiam ex merito humilitatis passionis. Et similiter dicendum qd iudiciaria potestas homini christo competit et propter diuinam personam. et propter capitis dignitatem. et propter plenitudinem gratie habitualis. Et tamen etiam ex merito eam obtinuit. ut scilicet sicut dei iusticia iudex esset. qui pro dei iusticia pugnavit et vicit et in iuste iudicatus est. unde ipse dicit Apoc. iij. ego vici et sedi in throno patris mei. in throno autem intelligitur iudiciaria potestas. sicut illud. sedebit super thronum et iudicabit iustitiam. **¶** Ad. i. ergo dicendum qd ratio illa procedit de iudiciaria potestate sicut quod debetur christo ex ipsa unione ad verbum dei. **¶** Ad. ij. dicendum qd ratio illa procedit ex parte gratie capitis. **¶** Ad. iij. dicendum qd ratio illa procedit ex parte gratie habitualis. que est perfectiva anime christi per hoc tamen qd hinc modis debetur christo iudicari a potestas non excluditur quin debeat ei ex merito.

Ad quartum sic proceditur

¶ Videtur qd ad christum non pertineat iudiciaria potestas quia

rum ad omnes res humanas. ut enim legitur. Luc. xij. cum quidam de turba diceret. dicitur fratri meo ut diuidat me. cum hereditatem. ille respondit. homo. quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos. non ergo habet iudicium super omnes res humanas. **¶** Pre. nullus habet iudicium nisi super ea que sunt sibi subiecta. ut dicitur ad Heb. ij. sed christo non videmus omnia esse subiecta. ut dicitur ad Heb. ij. ergo videtur qd non habeat super omnes res humanas iudicium. **¶** Preterea Augustinus dicit. xx. de ciuitate dei. qd ad iudicium diuinum pertinet hoc qd interdum boni affliguntur in hoc mundo. et interdum prosperantur. et similiter mali. sed hoc etiam fuit ante christi incarnationem. ergo non omnia iudicia dei circa res humanas pertinent ad potestatem iudicariam christi. **¶** Sed contra est quod dicitur Jobannis. v. pater omne iudicium dedit filio. **¶** Responsio dicendum qd si de christo loquamur sicut diuinam naturam. manifestum est qd omne iudicium patris pertinet ad filium. sicut enim pater facit omnia verbo suo. ita et omnia iudicat verbo suo. si vero loquamur de christo sicut humane naturam sic manifestum est qd omnes res humane subduntur eius iudicio et hoc manifestum est. **¶** Primo quidem si consideremus habitudinem anime christi ad filium dei. Si enim spiritualis iudicat omnia ut dicitur. i. ad Corinth. ij. in quantum mens eius verbo dei inheret. multo magis anima sicut est plena veritate verbi dei super omnia iudicium habet. **¶** Secundo apparet idem ex merito mortis eius. quia ut dicitur ad Roman. xij. in hoc christus mortuus est et resurrexit. ut viuorum et mortuorum dominetur. et ideo super omnes habet iudicium. propter quod apostolus ibi subdit qd omnes stabimus ante tribunal christi. et Daniel. viij. qd dedit ei potestatem et honorem. et regnum. et omnes populi tabus et lingue seruient ei. **¶** Tertio apparet idem ex comparatione rerum humanarum ad finem humane salutis. cuius enim committitur principale committitur et accessorium omnes autem res humane ordinantur in finem beatitudinis que est salus eterna. ad quam omnes homines ad mutantur. vel etiam repelluntur iudicio christi. ut patet Matth. xxv. Et ideo manifestum est qd ad iudicariam potestatem christi pertinent omnes res humane. **¶** Ad. i. ergo dicendum qd sicut dictum est iudiciaria potestas consequitur regiam dignitatem. christus autem quamuis esset constitutus rex a deo non tamen in terris viues terrenum regnum temporaliter administrare voluit. vnde ipse dicit Jobannis. xvij. regnum meum non est de hoc mundo. Et similiter iudicariam potestatem exerce re noluit super res temporales. qui venerat homines ad diuina transferre. ut Ambrosius ibidem dicit. bene terra declinat. qd propter diuina descenderat. nec iudex dignus est litium et arbiter facultatum viuorum habes mortuorumq; iudicium arbitriumq; meritorum. **¶** Ad. ij. dicendum qd christo omnia sunt subiecta quantum ad potestatem quam a patre super omnia accepit. sicut illud Matth. ultimo. data est tibi omnis potestas in celo et in terra. nondum tamen sunt ei omnia subiecta quantum ad executionem sue potestatis. quod quidem erit in futuro. quando de omnibus voluntatem suam adimplebit quosdam quidem saluando. quosdam quidem puniendo. **¶** Ad. iij. dicendum qd ante incarnationem iudicia hominum exercebantur per christum. in quantum est verbum cuius potestas facta est

particeps per incarnationem anima ei personaliter unita
Ad quintum sic proceditur

Uidetur quod post iudicium quod in presenti tempore agitur non restat aliud iudicium generale. post vltimam enim retributionem premiorum et penarum frustra adhibetur iudicium. sed in hoc presenti tempore fit retributio premiorum et penarum. dicit enim dominus latroni in cruce. **Luc. xxiij.** hodie mecum eris in paradiso. et **Luc. xvi.** dicitur quod mortuus est diues et sepultus. s. in inferno. frustra expectatur finale iudicium. **¶ Preterea.** **Matth. x.** dicitur. Non iudicabit deus bis in idipsum. sed in hoc tempore dei iudicium exercetur et quantum ad temporalia et quantum ad spiritualia. ergo videtur quod non sit expectandum aliud finale iudicium. **¶ Pre.** premium et pena respondent merito et demerito. sed meritum et demeritum non pertinent ad corpus. nisi in quantum est anime instrumentum. ergo nec premium seu pena debetur corpori nisi propter animam. ergo non requiritur aliud iudicium in fine ad hoc quod homo premietur aut puniatur in corpore preter id quo nunc puniuntur aut premiantur anime. **¶ Sed** contra est quod dicitur **Iohannis xij.** sermo quem ego locutus sum vobis ille vos iudicabit in nouissimo die. ergo erit quoddam iudicium in nouissimo die. preter iudicium quod nunc agitur. **¶ Respon-** sio dicendum quod iudicium de aliqua re mutabili perfecte dari non potest ante eius consummationem. sicut iudicium de aliqua actione qualis sit perfecte dari non potest ante quam sit consummata. et in se et in suis effectibus. quod multe actiones videntur esse viles que ex effectibus demonstrantur esse nocive. Et similiter de homine aliquo iudicium perfecto dari non potest. quamdiu eius vita terminetur. eo quod multipliciter potest mutari de bono in malum. aut econuerso vel se de bono in melius aut de malo in peius. vnde **Apostolus** dicit quod hominibus statutum est semel mori. post hoc autem iudicium. Sciendum tamen quod licet per mortem vita hominis temporalis terminetur secundum se remanet tamen ex futuris. secundum quod dependens. Uno quidem modo secundum quod ad huc viuit in membris hominum in quibus quandoque contra veritates remanet bone fame vel male. Alio modo in filiis qui sunt quasi aliquid patris. secundum illud **Ecclesiastici. xxx.** Mortuus est pater illius. et quasi non est mortuus. similem enim reliquit sibi post se. et tamen multorum bonorum sunt mali et filii et econuerso. Tertio modo quantum ad effectus suorum operum. sicut deceptio artium et aliorum seductorum pullulat in fidelitas usque ad finem mundi. et usque tunc proficit fides ex predicatione apostolorum. Quarto modo quantum ad corpus. quod quandoque honorifice traditur sepulture quandoque vero relinquitur in sepulchro. et tandem incineratum resoluitur omnino. Quinto modo quantum ad ea quibus homo suum affectum defixit. puta in quibusdam rebus temporalibus. quorum quedam citius finiuntur quedam diutius durant. Omnia autem hec subduntur existimationi diuini iudicii. Et ideo de hijs omnibus perfectum et manifestum iudicium haberi non potest quamdiu homini temporis cursus durat. Et propter hoc oportet esse finale iudicium in nouissimo die in quo perfecte id quod ad vnumquemque hominem pertinet quocumque modo perfecte et manifeste iudicetur. **¶ Ad. i.** ergo dicendum quod opinio quorundam

fuit quod anime sanctorum non premiantur in celo nec anime dampnatorum puniuntur in inferno usque ad diem iudicii quod apparet falsum ex hoc quod **Apostolus** dicit. **ij. Corinth. v.** audemus et bona voluntatem habemus. per egritari a corpore et presentes esse ad dominum. quod etiam non ambulare per fidem sed per speciem. ut patet ex hijs que subsequuntur. hoc autem est videre deum per essentiam. in quo consistit vita eterna. ut patet **Ioh. xvij.** vultu mani festum est a se a corpore separatas esse in vita eterna. Et ideo videtur quod post mortem Christi ad ea que sunt anime homo sortitur quendam immutabilem statum. et ideo quantum ad premium anime non oportet ulterius differri iudicium. sed quia quedam alia sunt ad hominem pertinentia que toto temporis cursu aguntur. que non sunt aliena a diuino iudicio. oportet ideo in fine temporis omnia hec in iudicium adduci. licet enim homo secundum hoc non mereatur nec demereatur. tamen pertinet ad aliquod eius premium vel penam. vnde oportet hec omnia existimari in finali iudicio. **¶ Ad. ij.** dicendum quod deus non iudicat bis in idipsum id est secundum idem. sed secundum diuersa non est inconueniens deum bis iudicare. **¶ Ad. iij.** dicendum. quod licet premium vel pena corporis dependeat ex premio vel pena anime tamen quia anima non est mutabilis nisi per accidens propter corpus separata statim a corpore habet statum immutabilem. et accipit suum iudicium. sed corpus remanet mutabilitati subiectum usque ad finem temporis. et ideo oportet quod tunc accipiat suum premium vel penam in finali iudicio.

Ad sextum sic proceditur

Uidetur quod potestas christi iudiciaria non se extendat ad angelos. Angeli enim tam boni quam mali iudicati sunt a principio mundi. quando quibusdam cadentibus peccatarum. alij sunt in beatitudine confirmati. sed illi qui iudicati sunt non iterum indigent iudicare. ergo potestas iudiciaria christi non se extendit ad angelos. **¶ Preterea** non est eiusdem iudicare et iudicari. sed angeli veniunt cum christo iudicare. secundum illud **Matth. xxv.** cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo. ergo videtur quod angeli non sint iudicandi a christo. **¶ Preterea** angeli sunt superiores alijs creaturis. si ergo christus est iudex non solum hominum sed etiam angelorum pari ratione est iudex omnium creaturarum. quod videtur esse falsum. cum hoc sit proprium prouidentie dei. vnde dicitur **Iob. xxxij.** quem constituit alium super terram. aut quem posuit super orbem quem fabricatus est non ergo christus est iudex angelorum. **¶ Sed** contra est quod **Apostolus** dicit. **i. Corinth. vi.** an nescitis quoniam angelos iudicabimus. sed sancti non iudicabunt nisi auctoritate christi. ergo multo magis christus habet iudiciariam potestatem super angelos. **¶ Respon-** sio dicendum quod angeli subsunt iudiciarie potestati christi. non solum quantum ad diuinam naturam prout est verbum dei. sed etiam ratione humane nature. quod patet ex tribus. **¶ Primo** ex propinquitate nature assumeptae ad deum quia. ut dicitur ad **Hebreos. ij.** nusquam angelos apprehendit. sed semen abrahe apprehendit. et ideo anima christi magis est repleta veritate verbi dei quam aliquis angelorum. vnde et angelos illuminat. sicut dicit **Dionys. vij.** capitulo celestis hierarchie. vnde de eis habet iudicare. **¶ Secundo** quia per humilitatem passionis humane

natura in christo meruit exaltari super angelos. ita quod si
 cur dicitur ad **Phil. ij.** in nomine ihesu omne genu flex
 ratum. celestium. terrestrium. et inferorum. Et ideo chri
 stus habet iudicariam potestatem etiam super omnes an
 gelos et bonos et malos. in cuius signum dicitur **Apo.**
vij. quod omnes angeli stabant in circuitu throni. **Tertio**
 ratione eorum que circa homines operantur. quorum
 christus speciale est quodammodo caput. unde dicit ad
Hebr. ol. i. omnes sunt administratores spiritus. in mi
 sericordiam missi. propter eos qui hereditatem capiunt sa
 lute. Subsunt autem iudicio christi uno quidem modo
 quantum ad dispensationem eorum que per ipsos agi
 tur. que quidem dispensatio fit etiam per hominem chri
 stum. cui angeli ministri sunt. ut dicitur **Matth. iij.** et a
 quo demones petebant ut in porcos mitterentur. ut di
 citur **Matth. ix.** Secundo quantum ad alia accidentalia
 premia bonorum angelorum. que sunt gaudia que habi
 tent de salute hominum. sicut illud **Luc. xv.** gaudium est
 angelis dei super uno peccatore penitentem agente. Et
 etiam quantum ad penas accidentales demonum quibus
 torquentur ut hic. vel recluduntur in inferno. et hoc etiam
 pertinet ad hominem christum. unde **Matth. i.** dicitur
 quod demon clamavit quid nobis et tibi ihesu nazarene
 venisti perdere nos. Tertio quantum ad premium es
 sentiale bonorum angelorum. quod est beatitudo eterna
 et quantum ad penam essentialem malorum que est da
 mnatio eterna. sed hoc factum est per christum inquan
 tum est verbum dei a principio mundi. **Ad. i.** ergo di
 cendum quod ratio illa procedit de iudicio quantum ad pre
 mium essentiale et penam principalem. **Ad. ij.** dicitur quod
 sicut dicit **Aug.** in libro de vera religione. licet spiritua
 lis iudicet omnia tamen iudicatur ab ipsa veritate. et ideo
 licet angeli ex eo quod sunt spirituales iudicent. iudicantur
 tamen a christo in quantum est veritas. **Ad. iij.** dicitur quod
 christus habet iudicium non solum super angelos. sed
 etiam super administratione totius creature. Si enim ut
Aug. dicit in **ij.** libro de trin. Inferiora quodam ordi
 ne reguntur a deo per superiora oportet dicere quod omnia
 regantur per animam christi. que est super omnem crea
 turam. unde et **Apl.** dicit ad **heb. ij.** non enim angelis
 subiecit deus orbem terre futurum. scilicet subiectum ei
 de quo loquimur. id est christus. Nec tamen propter hoc alius
 constituit deus super terram. quia vnus et idem est deus
 et homo dominus ihesus christus. de cuius incarnationis
 misterio ad presens dicta sufficiant.

Questio. LX.

Questio de consideratione
 eorum que pertinent ad misteria incarnati
 considerandum est de ecclesie sacramentis
 que ab ipso verbo incarnato efficaciam habent. Et prima
 consideratio erit de sacramentis in communi. Secunda
 de vnoquoque sacramentorum in speciali. Circa primum
 quinque consideranda sunt. Primo quid sit sacramentum
 Secundo de necessitate sacramentorum. Tertio de effec
 tu sacramentorum. Quarto de causa eorum. Quinto
 de numero. Circa primum queruntur octo. Primo
 vtrum sacramentum sit in genere signi. Secundo vtrum
 omne signum rei sacre sit sacramentum. Tertio vtrum sa
 cramentum sit signum vnius rei tantum vel plurium.

Quarto vtrum sacramentum sit signum quod est res se
 sibilis. Quinto vtrum ad sacramentum requiratur de
 terminata res sensibilis. Sexto vtrum ad sacramentum
 requiratur signatio que est per verba. Septimo vtrum
 requirantur determinata verba. Octavo vtrum de illis
 verbis possit aliquid addi vel subtrahi.

Ad primum sic proceditur

Videtur quod sacramentum non sit in genere signi. Videtur
 enim sacramentum dici a sacramento sicut medicamentum
 a medicando. Sed hoc magis videtur pertinere ad ratio
 nem cause quam ad rationem signi. ergo sacramentum ma
 gis est in genere cause quam in genere signi. **De. sacm.** videtur oc
 cultum aliquod significare sicut illud **Jobi. xij.** sacramen
 tum regis abscondere bonum est. et ad **Epbl. iij.** que sit dis
 pensatio sacramenti absconditi a secularibus in deo. Sed id
 quod est absconditum videtur esse contra rationem signi.
 nam signum est. quod preter speciem quam ingerit sen
 sibus facit aliud aliud in cognitione venire ut patet per **Aug.**
ij. de doctrina christiana. ergo videtur quod sacramentum non
 sit in genere signi. **De. iuramentum** quandoque sacramen
 tum nominatur. dicitur enim in decretis. **xxij.** causa. q. v.
 paruuli qui sine etate rationabili sunt non cogantur iu
 rare. et qui semel peruratus fuerit nec testis sit post hoc.
 nec ad sacramentum id est ad iuramentum accedat. Sed
 iuramentum non pertinet ad rationem signi. ergo videtur
 quod sacramentum non sit in genere signi. **Sed contra** est
 quod **Aug.** dicit. **x.** de ciui. sacrificium visibile inuisibi
 lis sacrificij sacramentum id est sacrum signum est. **C.**
Rn. dicitur quod omnia que habent ordinem ad vnum ali
 quid licet diuersimode ab illo nominari possunt. sicut a
 sanitate que est in animali denominatur sanus non so
 lum animal quod est sanitatis subiectum. sed etiam dicitur
 medicina sana. in quantum est sanitatis effectiva. dic
 ta vero in quantum est conseruatiua eiusdem. et vna in qua
 rum est signatiua ipsius. Sic ergo sacramentum potest
 aliquid dici. quia habet in se aliquam sanctitatem occul
 tam. et sicut hoc sacramentum id est quod sacrum secretum. vel
 quia habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem vel
 cause vel signi vel sicut quacuque aliam habitudine. spe
 cialiter autem nunc loquimur de sacramentis sicut quod ipse habuit
 dicitur signi. Et sicut in sacramento ponitur in genere signi. **Ad. i.** dicitur
 quod quod medicina se habet ut causa effectiva sanitatis ideo est quod
 omnia denominata a medicina dicuntur in ordine ad
 vnum primum scilicet agens. et per hoc medicamentum im
 portat causalitatem quandam. **Sed** sanctitas a qua
 denominatur sacrum non significatur per modum cause ef
 ficentis. sed magis per modum cause formalis vel finalis. et
 ideo non oportet quod sacramentum semper importet causalitatem. **Ad. ij.**
 dicendum quod ratio illa procedit sicut quod sacramentum ideo
 est quod sacrum secretum. dicitur autem non solum dei se
 cretum. sed etiam regis esse sacrum. Et quia sicut aliquos
 sancti vel sacrosca dicebantur quecumque violari non licebat
 sicut etiam muri ciuitatis et persone in dignitatibus con
 sistentis et ideo illa secreta siue diuina siue humana que si
 licet violare qualitercumque publicando dicuntur sacra vel
 sacramenta. **Ad. iij.** dicitur quod etiam sacramentum ha
 bet quandam habitudinem ad res sacras. in quantum. sicut
 est quedam contestatio facta per aliquod sacrum. et sicut
 hoc dicitur esse iuramentum. non ea ratione qua nunc lo
 quimur de sacramentis. non tamen equiuoce sumpto no

mine sacramenti. sed analogice. scilicet sicut in diversam habitudinem ad aliquod unum quod est res sacra.

Ad secundum sic procedit

Videtur quod non omne signum rei sacre sit sacramentum. Omnes enim creature sensibiles sunt signa rerum sacramentum sicut illud inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Nec tamen omnes res sensibiles possunt dici sacramenta. Non ergo omne signum rei sacre est sacramentum. Pre. omnia que in veteri lege fiebant christum signabant. qui est sanctus sanctorum. sicut illud. i. Cor. x. omnia in figura contingebant illis. et ad Col. v. que sunt umbra futurorum. corpus autem christi. nec tamen omnia gesta patrum veteris testamenti vel etiam omnes ceremonie legis sunt sacramenta. sed que dam specialiter. sicut in. ij. parte habitum est. ergo videtur quod non omne signum sacre rei sit sacramentum. Pre. etiam in nouo testamento multa geruntur in signum aliquid rei sacre. que tamen non dicuntur sacramenta. sicut asperio aque benedice. consecratio altaris. et consimilia non ergo omne signum rei sacre est sacramentum. Contra est quod diffinitio conuertitur cum diffinito. sed quidam diffiniunt sacramentum per hoc quod est sacre rei signum. et hoc etiam videtur ex auctoritate Aug. supra inducta. ergo videtur quod omne signum rei sacre sit sacramentum. Rn. dicitur quod signa dantur hominibus. quorum est per nota ad ignota peruenire. et ideo proprie dicitur sacramentum quod est signum alicuius rei sacre ad homines pertinentis. ut scilicet proprie dicatur sacramentum sicut quod nunc de sacramentis loquimur quod est signum rei sacre. inquantum est sanctificans hominem. Ad. i. ergo dicitur quod creature sensibiles significant aliquod sacrum scilicet sapientiam et bonitatem diuinam inquantum sunt in seipsis sacre. non autem inquantum nos per ea sanctificamur. et ideo non possunt dici sacramenta sicut quod nunc loquimur de sacramentis. Ad. ij. dicitur quod quedam ad veteris testamenti pertinentia signabant sanctitatem christi. sicut quod in se sanctus est. quedam vero significabant sanctitatem eius inquantum per ea nos sanctificamur. sicut ymolatio agni pascalis signabat ymolationem christi. qua sanctificati sumus. et talia dicuntur proprie veteris legis sacramenta. Ad. ij. dicitur quod res denominantur a fine et complemento. disposino autem non est finis sed perfectio. et ideo ea que signant disposicionem ad sanctitatem non dicuntur sacramenta. de quibus procedit obiectio sed solum ea que signant perfectionem sanctitatis humanam.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod sacramentum non sit signum nisi unius rei. Id enim quo multa signantur est signum ambiguum et per consequens fallendi occasio. sicut patet de nominibus equiuocis. Sed omnis fallacia debet remoueri a christiana religioe. sicut illud ad Col. ij. videre ne quis vos seducat per phisiam et inanem fallaciam. igitur videtur quod sacramentum non sit signum plurium. Pre. sicut dictum est sacramentum signat rem sacram. inquantum est humane sanctificationis causa. sed vna est sola causa humane sanctificationis scilicet sanguis christi. sicut illud ad Heb. vlt. ubi dicitur ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. ergo videtur quod sacramentum non significet plura. Pre. dictum est quod sacramentum proprie signat ipsum finem sanctificationis. sed finis sanctificationis est vita eterna. sicut illud ad Roma. vi. habetis fructum vestrum in sanctificatione. finem vero vitam eternam. ergo videtur quod sacramenta non significant nisi unam rem scilicet vitam eternam. Sed contra est quod in sacramento altaris est duplex res signata scilicet corpus christi verum et mysticum sicut Aug. dicit in libro sententiarum prosperi. Rn. dicitur quod sicut dicitur est sacramentum proprie dicitur quod ordinat ad significandum nostram sanctificationem. In qua tria possunt considerari videlicet ipsa causa sanctificationis. nostre que est passio christi. et forma nostre sanctificationis. que consistit in gratia et virtutibus. et vltimus finis nostre sanctificationis. quod est vita eterna. Et hec omnia per sacramenta significantur. unde sacramentum est et signum et rememoratio eius quod precessit. scilicet passionis christi et demeritum eius quod in nobis efficitur per passionem christi scilicet gratie. et profectum id est preuenientium future glorie. Ad. i. ergo dicitur quod tunc est signum ambiguum prebens occasionem fallendi quod signat multa quorum vnum non ordinatur ad aliud. sed quando signat multa sicut quod ex eis quodam ordine efficitur vnum. tunc non est signum ambiguum sed certum. sicut hoc nomen homo significat animam et corpus prout ex eis constituitur humana natura. et hoc modo sacramentum signat tria predicta sicut quodam ordine sunt vnum. Ad. ij. dicitur quod sacramentum in hoc quod significat rem significat rem oportet quod significet effectum qui intelligitur in ipsa causa sanctificatione. prout est causa sanctificationis. Ad. ij. dicitur quod sufficit ad rationem sacramenti quod significet perfectionem que est forma. nec oportet quod solum significet perfectionem que est finis.

Ad quartum sic procedit

nem xpi. Ad. iij. ob. dicitur q[uo]d de circuncisione multiplex fuit opinio. Quidam autem dixerunt q[uo]d per circuncisionem non conferebatur gratia. sed solum auferebatur peccatum. Sed hoc non potest esse. quia homo non iustificatur a peccato nisi per gratiam. sicut illud ad Ro. iij. iustificati gratis per gratiam ipsius. Et ideo alij dixerunt q[uo]d per circuncisionem conferebatur gratia. quantum ad effectus remotionis cuiuslibet sed si q[ui]nto ad positivos effectus. Sed hoc etiam videtur esse falsum. quia per circuncisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam. qui est vltimus effectus positivus gratie. Pre. sicut ordinem cause formalis. priores sunt naturaliter effectus positivi quam priuatiui. sicut sicut ordinem cause materialis sit e conuerso. forma enim non excludit priuationem nisi informando subiectum. Et ideo alij dicunt q[uo]d circuncisio conferbat gratiam. etiam quantum ad aliquem effectum positivum. qui est facere dignum vitam eterna. non autem quantum ad hoc q[uo]d est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum. quod aliquando mihi visum est. sicut diligenter considerati. apparet hoc etiam non esse verum. quia minima gratia potest resistere concupiscentie et meretur vitam eternam. Et ideo melius dicendum videtur. q[uo]d circuncisio erat signum fidei iustificantis. unde dicit ap[osto]lus ad Ro. vii. q[uo]d abraham accepit signum circuncisionis. signaculum iusticie et fidei dei. et ideo in circuncisione conferebatur gratia in quantum erat signum passionis christi future ut infra parabit.

Questio. LXIII.

Deinde considerandum

est de alio effectu sacramentorum qui est caracter. Et circa hoc queritur sex. Primo videtur ex sacramentis causetur caracter aliquis in anima. Secundo quid sit ille caracter. Tertio cui sit caracter. Quarto in quo sit sicut in subiecto. Quinto vtrum insit indelibiliter. Sexto vtrum omnia sacramenta imprimant caracterem.

Ad primū sic proceditur

Videtur q[uo]d sacramentum non imprimat aliquem caracterem in anima. Caracter enim videtur significare quodam distinctiuum. sed distinctio membrorum christi ab alijs sit per eternam predestinationem. que non ponit aliquid in predestinato. sed solum in deo predestinante ut in prima parte habitum est. dicitur enim. ij. Cor. iij. firmum fundamentum dei stat habens signaculum. hoc non ut dominus qui sunt eius. ergo sacramenta non imprimunt caracterem in anima. Pre. caracter signum est distinctiuum. Signum autem ut Augustinus dicit. ij. de doctrina christiana est quod p[re]ter speciem quam ingerit sensibus facit aliquid aliud in cognitionem venire. nihil autem est in anima q[uo]d aliquam speciem sensibus ingerat ergo videtur q[uo]d in anima non imprimatur caracter aliquis per sacramentum. Pre. sicut per sacramenta nove legis. distinguitur fidelis ab infideli ita et per sacramenta veteris legis. sed sacramenta veteris legis non imprimant aliquem caracterem unde et dicuntur iusticie carnis sicut ap[osto]l[us] ad Hebr. ix. ergo videtur q[uo]d nec sacramenta nove legis. Sed contra est quod ap[osto]lus dicit. ij. Cor. i. qui unxit nos deus est. et qui signauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Sed nihil aliud importat caracterem quam quandam significationem ergo videtur q[uo]d deus per sacramenta nobis suum caracte

tem imprimat. **Rñ.** dñm q̄ sicut ex predictis p̄z sacra-
menta noue legis ad duo ordinantur. videlicet ad reme-
dium contra peccata. & ad perficiendum aīam in his que
pertinent ad cultum dei. s̄m ritum vite christiane. quicūq̄
q̄ autem ad aliquid certum deputatur consuevit ad il-
lud consignari sicut milites qui ascribebantur ad militiaz
antiquitus solebant aliquibus caracteribus corporalibus
insigniri. eo q̄ deputabantur ad aliquid corporale. & idē
cum homines per sacramenta deputentur ad aliquid spi-
rituale pertinens ad cultum dei. consequens est q̄ per ea
fideles aliquo spiritali caractere insigniantur vnde **Au-**
gustinus dicit in. ij. p̄ pernicianū. si milicie caracterem
in corpore suo non militans pauidus exerceat & ad de-
mentiam imperatoris confugerit. ac prece fusa & vicia im-
petrata. militare iā cepit nunquid homine liberato atq̄
correcto. caracter ille reperitur. ac non potius agnitus ap̄
probarur. an forte minus habent sacramenta christiana.
an corporalis hec nota? **Ad. i.** ergo dñm. q̄ fideles xpi
ad premium quidem future glorie deputantur signaculo
predestinatōis diuine. sed ad actus cōuenientes presentē
ecclesie deputantur quodam spiritali signaculo eis insi-
gnito quod caracter nuncupatur. **Ad. ij.** dñm q̄ cara-
cter anime impressus habet rationem signi. in quantum
per sensibile sacramentum imprimitur. per hoc enim scī
aliquis baptismali caractere insignitur q̄ est aqua sensi-
bili ablutus. nihilominus tamen caracter vel signaculus
dici potest per quandam similitudinem omne quod figu-
rat alicui vel distinguit ab alio. etiam si non sit sensibile.
sicut christus dicitur figura vel caracter paterne substan-
tie. s̄m apostoli ad **Hebr. i.** **Ad. iij.** dñm q̄ sicut su-
pra dictum est sacramenta veteris legis non habebant in
se spirituales virtutes ad aliquid spirituales effectus
operantem. & ideo in illis sacramentis non requirebatur
aliquis spiritalis caracter. sed sufficiebat ibi corporalis
circumfio. quam ap̄ls signaculum nominat ad **Ro. iij.**

Ad secundū sic procedit

Videtur q̄ caracter non sit spiritalis potestas. Caracter
enim idem videtur esse q̄ figura. vnde ad **Hebr. i.** vbi
dicitur figura substantie huius. in greco habetur loco fi-
gure caracter. sed figura est in quarta specie qualitatis. et
ita differt a potestate. que est in secunda specie qualitatis
ergo caracter non est spiritalis potestas. **Pre. Dio.**
dicit. ij. c. cele. Hierach. q̄ diuina beatitudo accedentem
ad beatitudinem in sui participatione recipit. & proprio
lumine quasi quodam signo christi. tradit suam partici-
pationem. & sic videtur q̄ caracter sit quoddam lumen. sed
lumen pertinet magis ad tertiam speciem qualitatis. non
ergo caracter est potestas. que videtur ad secundam spe-
ciem qualitatis pertinere. **Pre. a** quibusdam caracter
sic diffinitur. caracter est signum sanctum cōmunionis fi-
dei. & sancte ordinationis datum a hierarchia. signum
autem est in genere relationis non autem in genere qua-
litatis. non ergo caracter est spūalis potestas. **Pre. po-**
testas habet rōnem cause & principij vt patet in. v. meta.
sed signū quod ponitur in diffinitione caracteris magis
pertinet ad rōnem effectus caracter q̄ nō est spiritalis po-
testas. **Sed cōtra** est qd̄ philosophus dicit in. ij. d. aīa
tria sunt in anima. potentia. habitus. & passio. sed caracter
non est passio. quia passio cito transit. caracter autem in-
delibilis est vt infra dicitur. similiter etiam nō est habitus
quia nullus habitus est qui se possit vel bene & male habe

re. caracter autem ad vtrunq̄ se habet. vtrunq̄ enim qui
dam eo bene. alij vero male quod in habitibus non con-
tingit. nam habitu virtutis nullus vitiorum male. habitu
malicie nullus vitiorum bene. ergo relinquitur q̄ caracter
sit potentia. **Rñ.** dñm q̄ sicut dictum est sacramenta
noue legis caracterem imprimunt. in quantum per ea de-
putamur ad cultum dei. s̄m ritum christiane religionis.
vnde dicit **Dionys. ij. c. eccl. hierarch.** cum dixisset q̄ vtrūq̄
quedam signo tradit sui participationem accidenti sub-
iungit pertinentem eum dominum & cōmunicatorem diui-
norum. diuinus autem cultus consistit vel in recipiendo
aliqua diuina. vel in traditione alijs. ad vtrunq̄ autem
horum requiritur quedam potentia. nam ad tradendum
aliquid alijs requiritur potentia actiua. ad recipiendum
autem requiritur potentia passiua. & ideo caracter impo-
nat quandam potentiam spirituales. ordinatam ad ea q̄
sunt diuini cultus. Sciendum tamen q̄ hec spiritalis
potentia est instrumentalis sicut supra dictum est de vir-
tute que est in sacramentis. habere enim sacramenti cara-
cterem competit ministris dei. minister autem se habet p̄
modum instrumenti. vt philosophus dicit in. i. politico.
& ideo sicut virtus que est in sacramentis non est in gene-
re per se sed per reductionem. eo q̄ est quoddam finis &
incompletum. ita etiam caracter non est proprie in gene-
re vel specie. sed reducitur ad secundā speciem qualitatis
Ad. i. ergo dicendum q̄ figuratio est quedam termi-
natio quantitatis. vnde proprie loquendo non est nisi in
rebus corporeis. in spiritalibus autem dicitur metapho-
rice. non autem ponitur aliquid in genere vel specie
nisi per id quod de eo proprie predicatur. & ideo caracter
non potest esse in quarta specie qualitatis licet hoc quidam
posuerunt. **Ad. ij.** dicendum q̄ in tertia specie qualita-
tis non sunt nisi sensibiles qualitates vel sensibiles passi-
ones. caracter autem non est lumen sensibile. & ita nō est in ter-
tia specie qualitatis. vt quidam dixerunt. **Ad. iij.** dicē-
dum q̄ relatio que importatur in nomine signi oportet q̄
super aliquid fundetur. non autem relatio huius signi qd̄
est caracter. potest fundari immediate super essentiam aīe
quia sic cōuenienter omni anime naturaliter. & idē oportet
aliquid poni in anima super quod fundetur talis rela-
tio. & hoc est essentia caracteris. vnde non oportebit q̄ sit
in genere relationis. sicut quidam posuerunt. **Ad. iij.**
dicendum q̄ caracter habet rationem signi per compa-
rationem ad sacramentum sensibile a quo imprimitur.
sed s̄m se consideratus. habet rationem principij. p̄ mo-
dum iam dictum.

Ad tertium sic proceditur

Videtur q̄ caracter sacramentalis non sit caracter christi
dicitur enim ad **cp̄. iij.** nolite contristare spiritū sanctū
dei in quo signati estis. Sed consignatio importatur in
ratione caracteris. ergo caracter sacramentalis magis de-
bet spiritū sancto attribui quam xpo. **Pre.** caracter habet
rōnem signi. est autem signum gratie q̄ per sacramentum cō-
fertur. Gratia autem infunditur aīe a tota trinitate vnde dicitur
in **p̄. ḡ. am.** & gloriā dabit dñs. ergo videtur q̄ caracter sa-
cramentalis non debeat sp̄e aliter xpo attribui. **Pre.**
ad hoc aliquis caracterē accipit vt eo a ceteris distinguat
sed distinctio sanc̄ op̄ ab alijs sit p̄ caritatem. q̄ sola disti-
nguit inter filios regni & filios perditōis. vt **Aug.** dicit. xv
de trim. vñ & ip̄i p̄ditio nis filij. caracterem bestie dicitur
habere vt **p̄. apoc. xij.** Latras autem non attribuitur xpo

Sed magis spū sancto fm̄ illud ad Roma. v. Caritas de
 diffusa est in cordibus nostris per spū sanctū qui datus ē
 nobis. vel etiā patri fm̄ illud. ij. Cor. vlti. gratia dñi nēi
 iesu xp̄i. et caritas dei. ergo videtur q̄ caracter sacramen-
 talis non sit attribuendus xp̄o. **Sed** contra est quod
 quidam sic diffiniunt caracterē caracter est distinctio a ca-
 ractere eterno impressa aīe rōnali fm̄ imaginationem cō-
 figurans trinitatē creatam trinitati creati. et distinguēs
 a non configuratis fm̄ statum fidei. **Sed** caracter eternus
 est ipse xp̄s fm̄ illud ad Heb. i. qui cum sit splendor glie
 et figura vel caracter substantie eius. ergo videtur q̄ cara-
 cter sit pprie xp̄o attribuendus. **Rñ.** vñ q̄ sicut ex su-
 pra dictis patet caracter est pprie signaculū quoddam a quo
 aliquid insignitur vt ordinandū in aliquē finem. sicut ca-
 ractere insignitur tenarius. ad vsum cōmurationis. et mi-
 lites caractere insignuntur quasi ad miliciam deputati.
Domino autē fidelis ad duo deputatur. et primo quidem et
 principaliter ad fruitionē glorie. et ad hoc insignuntur si-
 gnaculo gratie. fm̄ illud ezech. ij. signa t̄bau. super fron-
 tes vitōrum gementium et toleum. et apoc. vij. nolite no-
 cere terre et mari neq̄ arboribus. quoadulq̄ signemus ser-
 uos dei nostri in frontibus eorum. **Secundo** autē deputat
 quisq̄ fidelis ad recipiendum vel ad tradendum alijs ea
 que pertinent ad cultum dei. et ideo ad hoc pprie deputat
 caracter sacramentalis. **Totus** autē ritus xp̄iane religionis
 derivatur a sacerdotio xp̄i. et ideo manifestum est q̄ caracte-
 rē sacramentalis specialiter est caracter xp̄i. cuius sacer-
 dotio configurantur fideles fm̄ sacramentales caracteres
 qui nihil aliud sunt quam quedam participatōnes sacer-
 dotij xp̄i ab ip̄o christo derivare. **Ad. i.** ergo vñ q̄ apo-
 stolus ibi loquitur de configuratione fm̄ quam aliquis de-
 putatur ad futuram gloriam. que fit per gratiam que spū
 sancto attribuitur inquantus ex amore pcedit q̄ deus no-
 bis aliquid gratie largiatur. quod ad rōnem gratie perti-
 net. spūs autē sanctus amor est vnde dicitur. i. Cor. vij
 diuisiones gratiarum sunt idem autē spūitus. **Ad. ij.**
 vñ q̄ caracter sacramentalis est res respectu sacramen-
 ti exterioris. et est sacramentum respectu vltimi effectus.
 et ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. vno
 modo fm̄ rationem sacramenti. et hoc modo est signum
 inuisibilis gratie. que in sacramento confertur. alio mo-
 do fm̄ caracteris rationem et hoc modo signum est confi-
 guratum vni alicui principaliter. apud quem relidet auctori-
 tas eius. ad quod aliquis deputatur. sicut milites qui de-
 putantur ad pugnam. insignuntur signo ducis. quodā
 modo ei configurantur. et hoc modo illi qui deputantur
 ad cultum christianum. cuius auctor est christus. caracte-
 rem accipiunt. quo configurantur christo. vnde pprie
 est caracter christi. **Ad. iij.** dicendum q̄ caractere disti-
 guitur aliquid ab alio. per comparationem ad aliquem fi-
 nem. in quem ordinantur qui caracterem accipiunt. sicut
 dictum est de caractere militari. quo in ordine ad pugna
 distinguitur miles regis a milite hostis. et similiter cara-
 cter fidelium est quo distinguitur miles christi a teruis di-
 aboli. vel in ordine ad vitam eternam. vel in ordine ad cul-
 tum presentis ecclesie. quorum primum fit per caritatem
 et gratiam. vt obiectio procedit. secundum autē fit per sacra-
 mentale caractere. vnde et caracter bestie intelligi pot-
 est p̄ oppositum. vel obstinata malicia. qua aliqui deputantur
 ad penam eternam. vel professio illiciti cultus.

Ad quartu sic proceditur

Videtur q̄ caracter non sit in potentia anime sicut i sub-
 iecto. Caracter enim dicitur esse dispositio ad grām. sed grā
 est in essentia aīe sicut in subiecto vt in prima parte huius
 est. ergo videtur q̄ caracter sit in essentia aīe. non autē in po-
 tentia. **Pre.** potentia aīe non videtur esse subiectum
 alicuius nisi habitus vel dispositionis. sed caracter vt su-
 pra dictum est non est habitus vel dispositio. sed magis
 potentia. cuius subiectum non est nisi essentia anime.
 ergo videtur q̄ caracter non sit sicut in subiecto in poten-
 tia anime. sed magis in essentia ipsius. **Pre.** poten-
 tia anime rationalis distinguuntur per cognitivas et ap-
 petitivas. sed non potest dici q̄ caracter sit tantum in po-
 tentia cognitiua. nec etiam tantum in potentia appetiti-
 ua. quia non ordinatur neq̄ ad cognoscendum tantum
 neq̄ ad appetendum. similiter etiam non potest dici q̄ sit
 in vtraq̄. quia idem accidens non potest esse in diuersis
 subiectis. ergo videtur q̄ caracter non sit in potentia ani-
 me sicut in subiecto sed magis in essentia. **Sed** contra
 est q̄ sicut in premissa diffinitione caracteris continetur
 caracter sic imprimatur anime rationali fm̄ imaginem.
 sed imago trinitatis in anima actenditur fm̄ potentiam.
 ergo caracter in potentia anime consistit. **Rñ.** dicendū
 q̄ sicut dictum est caracter est quoddam signaculum. q̄
 anima insignitur ad suscipiendum vel alijs tradendum
 ea que sunt diuini cultus. diuinus autē cultus in qui-
 busdam actibus consistit. ad actus autē proprie ordinā-
 tur potentie anime. sicut essentia ordinatur ad esse. et ideo
 caracter non est sicut in subiecto in essentia anime. sed in
 eius potentia. **Ad. i.** ergo dicendum q̄ subiectum ali-
 cui accidenti attribuitur fm̄ rationem eius ad quod pro-
 pinque disponitur. non autē fm̄ rationem eius ad quod
 disponit remote vel indirecte. caracter directe quidem et
 propinque disponit animam ad ea que sunt diuini cul-
 tus exequenda. et quia hec idonea non sunt sine auxilio
 gratie. quia vt dicitur Joban. iij. eos qui adorant deum
 in spiritu et veritate adorare oportet ex consequenti diuini-
 na largitas recipientibus caracterem gratiam largitur. p̄
 quam digne impleant ad que deputantur. et ideo caracte-
 rē magis est attribuendum subiectum fm̄ rōnem actu-
 um ad diuinum cultum pertinentium quā fm̄ rationem
 gratie. **Ad. ij.** vñ q̄ esse anime est subiectum potētie
 naturalis que ex principijs essentie procedit. talis autē
 potentia non est caracter. sed est quedam spiritualis potē-
 tia ab extrinseco adueniente. vnde sicut essentia anime p̄
 quam naturalis est vita hominis perficitur per gratiam
 qua anima spiritualiter viuit. ita potentia naturalis aīe
 perficitur per spiritualem potentiam que est caracter. ha-
 bitus enim et dispositio pertinent ad potentiam anime.
 eo q̄ ordinantur ad actus. quorum potentie sunt princi-
 pia. et eadem ratione omne quod ad actum ordinatur est
 potētie attribuendum. **Ad. iij.** vñ q̄ sicut dictū est
 caracter ordinatur ad ea que sunt diuini cultus. qui qui-
 dem est quedam fidei protestatio. per exteriora signa et ideo
 oportet q̄ caracter sit in cognitiua potētia anime. in qua
 est fides.

Ad quintum sic procedit

Videtur q̄ caracter non insit aīe indelibiliter q̄ro enim
 aliquod accidens est pfectius tanto firmius inheret. sed
 grā est pfectior quā caracter. q̄ caracter ordinat ad grām
 sicut ad vltiorē finē. gratia autē amittitur p peccatū ergo
 multo magis caracter. **Pre.** p caractere aliquis depu-
 An 4

Deinde cōsiderandū

est de causis sacramentoz. siue p auctoritatē siue p ministerium. Et circa hoc queruntur .x.
Primo vtz solus deus interius operat in sacramentis.
Secundo vtz institutio sacramētoꝝ sit solum a deo. Ter-
tio de potestate quaz xps habuit in sacramentis. Quarto
vtz illam potestatem potuerit alijs cōdicare. Quinto
vtz potestas ministerij in sacramentis conueniat malis
Sexto vtz mali peccent dispensando sacramēta. Septimo
vtz angeli possunt esse ministri sacramentozum.
Octavo vtz intentio ministri requiratur in sacramentis
Nono vtz requiratur ibi recta fides. ita scz q infidelis nō
possit tradere sacramentum. Decimo vtz requiratur ibi
recta intentio.

Ad primum sic procedit.

Videf q non solum deus sed etiam minister interi^o ope-
tur ad effectum sacramenti. Interior enim effectus sacra-
mentū est vt homo purget a peccatis. et illuminet p gratiā
sed ad ministros ecclesie pertinet purgare illuminare et p-
ficere vt patet per Diony. v. ca. cel. hierar. g videf q nō
solus deus sed etiam ministri ecclesie operant ad sacramenti
effectum. **Pre.** In collatione sacramentoz quedam
orationum suffragia preponunt sed orationes iustoz sūt
magis apud deum exaudibiles q̄ quozumcunqz. s̄m illud
Iobannis. ix. Si quis dei cultor ē et voluntatem dei
facit hunc deus exaudit. g videf q maiorem effectum sa-
cramenti psequitur ille qui recipit illum a bono ministro
Sic g minister operatur ad interiorē effectum. et non so-
lus deus. **Pre.** Dignior ē homo q̄ res inanimata s̄ res
inanimata aliquid operat ad effectum interiorē. nam
aqua corpus tangit et cor abluit vt Aug. dicit super Jo-
hannem. g homo aliquid operat ad interiorē effectum sa-
cramenti. et non solus deus. **Sed** p̄ est qd dicitur ad
Ro. viij. Deus est qui iustificat. cum g interior effectus
oim sacramentoz sit iustificatio videf q solus deus ope-
retur interiorē effectum sacramenti. **Ad. ii. v. d.** q ope-
rari aliquid effectum ptingit dupliciter. Vno modo p
modum principalis agentis. Alio modo p modum mini-
stri. Primo g modo solus deus interiorē effectum sacra-
menti operatur. tum qz solus deus illabit anime. in qua
sacramenti effectus p̄sistit. non autem potest aliquid im-
mediate operari vbi non est. tum qz gratia que interior sa-
cramenti effectus est. ē a solo deo vt in secunda pre habitū
est. character etiam qui est interior quozundam sacramen-
toꝝ effectus est virtus instrumentalis que manat a p̄ci-
cipali agente qd est deus. Secundo autem modo homo
potest operari ad interiorē effectum sacramenti. in q̄tū
operat per modum ministri. nam eadem est ratio ministri
et instrumenti. vtriusqz enim actio exterior exhibet. s̄ soz
tatur effectum interiorē ex virtute principalis agentis qd
est deus. **Ad. i. g. v. d.** q purgatio s̄m q attribuit minist-
tris ecclesie non est a peccato. sed dicitur dyaconi purgare
re. in q̄tum vel immundos. et ieiunant a cetis fidelium. vel
eos sacris ammonitionibz disponunt. ad sacramentozum
receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare di-
cunt factum populum. non quidem gratiam infundēdo.
sed sacramenta ecclesie tradendo vt patet p Diony. ibi
dem **Ad. ii. v. d.** q orationes que dicunt in sacramēto
rum collatione pponunt deo. nō ex pre singularis plone
sed ex pre tonus ecclesie. cuius p̄ces sunt apud deum exau-

diviles. s̄m illud Matth. xix. Si duo ex vobis p̄senserit
sup terram de oī re quācunqz p̄tulerint fiat eis a p̄e meo.
Iacob tñ prohibet quin deuotio ministri ad hoc aliquid
operetur. illud tñ qd est sacramenti effectus non impetrat
oratione ecclesie vel ministri sed ex merito passionis xpi. cu-
ius virtus in sacramentis operat vt dicitur ē. vñ effectus sa-
cramenti non dat melior p̄ meliorem minist̄ aliquid tñ
annexum impetrari p̄t recipiēti sacramentum p̄ deuotio-
nem ministri. nec tñ minister operat illud. sed impetrat
ad opanduz a deo. **Ad. ii. v. d.** q res inaiate nō operant
ad interiorē effectum nisi instrumenta vter vt dicitur ē
et limitet hoies non operant ad sacramentoz effectuz. nisi
p modum ministri vt dicitur ē.

Ad secundū sic procedit

Videf q sacramenta non sint solum ex institutione diui-
na. Ea enim que sunt diuinitus instituta traduntur no-
bis in sacra scriptura. sed quedam agunt in sacramentis
de quibz nulla fit mentio in sacra scriptura puta de crisma
te. q̄ homines p̄sumant. et de oleo. q̄ sacerdotes inungunt
et de multis alijs tam v̄bis q̄ sacris. quibz v̄timur in sa-
cramentis. non g sacramenta sunt solum ex institutione
diuina. **Pre.** Sacramenta sunt quedaz signa. res au-
tem sensibiles naturaliter quedaz significant. nec p̄t di-
ci q deus quibzdam significationibz delectet et nō alijs.
qz oīnia q̄ fecit approbat. hoc autem proprium videf esse
demonum vt quibzdam signis ad aliquid alliciant. dicit
enim Aug. xxi. de ciui. dei. alliciant demones p̄ creaturas
quas non ipsi sed deus p̄didit delectabilibz. p̄ sua diuersi-
tate diuersis. vt non animalia cibis. sed vt ip̄s signis
non g videf q sacramenta indigeant esse ex institutione
diuina. **Pre.** Apostoli dei vicem dei gesserunt in ter-
ris. vñ Apollolus dicit. ij. Cor. ij. Nam et ego qd donauit
si quid donauit. p̄ter vos in p̄sona xpi. i. ac si ipse xps do-
nauit. sic g videf q apolloli et eoz successores possint no-
ua sacramēta instituerē. **Sed** p̄ est q ille qui instituit
aliquid est ille qui dat ei robur et virtutez. sicut patz de in-
stitutoribz legum. Sed virtus sacramenti ē a solo deo vt
ex dictis patet. g solus deus potest instituerē sacramen-
tum. **Ad. ii. v. d.** q sicut ex supradictis patet sacramenta
instrumentaliter operant ad sp̄uales effectus. instrumentū
autē h̄z virtutez a principali agente. agens autē respectu sa-
cramenti ē duplex. s̄ instituens sacramentū. et v̄tes sacra-
mento institutio. applicando videlicet ip̄m ad inducendū
effectum. Virtus autē sacramenti non p̄t esse ab eo qui v̄ti-
tur sacramento. qz non operat nisi p̄ modū ministri. vñ relin-
quit q virtus sacramenti sit ab eo qui instituit sacramentū.
cum g virtus sacramenti sit a solo deo pueniens est q solus
deus sit sacramentoz institutor. **Ad. i. g. v. d.** q illa que
agunt in sacramentis p̄ homines instituta non sunt de ne-
cessitate sacramenti. sed ad quandam solennitatem. q̄ ad-
hibet sacramentis ad excitandam deuotionem. et reueren-
tiam. in his q̄ sacramenta recipiunt. ea nō que sunt de ne-
cessitate sacramenti sunt ab ipso xpo instituta. qui ē de-
us et homo. et licz non omnia sint tradita in scripturis. ha-
bet tamen ea ecclesia ex familiari apostolorū traditione. si-
cut Apollolus dicit. i. Cor. xi. Cetera cum venero dispo-
nam. **Ad secundum dicendum** q res sensibiles apti-
tudinem habent ad significandū sp̄uales effectus ex
sui natura. Sed ista aptitudo determinatur ad specia-
lem significationem ex institutione scilicet diuina. et hoc
est qd dicit Dugo de sancto victore. q sacramentum
An. 5

ex institutione significat. preelegit tamen deus aliquas res alijs ad significationes sacramentales. non quia ad eas contrabatur eius effectus. sed ut sit convenientior significatio. Ad. in. dicendum qd apostoli & eorum successores sunt vicarij dei. qdum ad regimen ecclesie a deo institute per fidem & fidei sacramenta. unde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam. ita non licet eis tradere aliam fidem. neq; instituere alia sacramenta. sed per sacramenta que de latere christi pendentes in cruce fluxerunt dicunt esse fabricata xpi ecclesia.

Ad tertium sic procedit.

Videtur qd christus sicut homo habuit potestatem operandi interiorum effectum sacramentorum. Dicit enim Johannes baptista ut habetur Jobannis. i. Qui me misit baptizare in aqua ille mihi dixit. super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. Sed baptizare in spiritu sancto est interiorum gratiam spiritus sancti conferre. spiritus autem sanctus descendit super christum in qdum homo non in qdum deus. quia sic ipse dat spiritum sanctum. qd videtur qd christus sicut homo habuit potestatem interiorum effectum sacramentorum conferendi. Pre. Martini. xi. Dominus dixit sciant qd filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata. sed remissio peccatorum est interiorum effectus sacramenti. ergo videtur qd christus sicut homo interiorum effectum sacramentorum operatur. Pre. terea. Institutio sacramentorum pertinet ad eum qui ratione principale agens operatur ad interiorum sacramenti effectum. Manifestum est autem qd christus sacramenta instituit. ergo ipse est qui interiorum operatur sacramentorum effectum. Pre. terea. Nullus potest sine sacramento conferre effectum sacramenti nisi propria virtute operatur. sed christus sine sacramento conferre sacramenti effectum. ut patet in Maria magdalena cui dixit. dimittantur tibi peccata multa. ergo videtur qd christus sicut homo operatur interiorum sacramenti effectum. Pre. Illud in cuius virtute sacramentum operatur est principale agens ad interiorum effectum. sed sacramenta habent virtutem ex passione christi. & invocatione nominis eius. sicut illud. i. Cor. i. Nunquid paulus pro vobis crucifixus est. aut in nomine pauli baptizati estis. qd christus in qdum homo operatur interiorum effectum sacramenti. Sed contra est qd Aug. dicit in sacramentis divina virtus secretus operatur salutem. divina autem virtus est christi sicut homo. non autem sicut homo. qd christus non operatur interiorum sacramenti effectum sicut homo. sed sicut deus. Responso dicendum qd ad interiorum sacramentorum effectum operatur christus. et sicut deus. & sicut homo. aliter tamen & aliter. nam sicut deus operatur in sacramentum per auctoritatem. sicut autem homo operatur ad interiorum effectum sacramentorum merito. & efficienter. & instrumentaliter. dicitur enim qd passio christi qd operatur ei sicut humanam naturam causa est nostre iustificationis & merito. & effectus. non quidem per modum principalis agentis sive per auctoritatem sed per modum ministri in qdum humanitas est instrumentum divinitatis eius ut supra dictum est. sed tamen qd est instrumentum coniunctum divinitati in persona habet quandam principalem & causalitatem respectu instrumentorum exteriorum. qui sunt ministri ecclesie. & ipsa sacramenta. ut ex supra dictis patet. & ideo sicut christus in qdum deus habet potestatem auctoritatis

in sacramentis ita in qdum homo habet potestatem ministrandi principali sive potestatem excellentie. qd dicitur in qdum tuor. Primo quidem in hoc qd meritum & virtus passionis eius operatur in sacramentis ut supra dictum est. Et quod virtus passionis copulat nobis per fidem. sicut illud ad Rom. iiij. Quem proposuit deus propitiatorum per fidem. in sanguine eius. quia fidem per invocationem nominis christi potestatem ut ideo secundo ad potestatem excellentie quam christus habet in sacramentis pertinet qd in eius nomine sacramenta sancificantur. Et quod ex institutione sacramentorum sacramenta virtutem obtinent inde est qd tertio ad excellentiam potestatis christi pertinet qd ipse qui dedit virtutem sacramentis potuit instituire sacramenta. Et quod causa non dependet ab effectu habet potestatis e converso quarto ad excellentiam potestatis christi pertinet qd ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori laudamento conferre. Et per hoc patet responso ad obiecta. utraque enim pars obiectionum vera est ut dictum est sicut aliquid.

Ad quartum sic procedit.

Videtur qd christus potestatem suam quam habuit in sacramentis non potuit ministris conferre ut enim argumentatur Augustinus & maximianus si potuit & non voluit invidus fuit. Sed invidia longe fuit a christo. in qdum fuit summa plenitudo charitatis. qd cum christus non conferret suam potestatem ministris videtur qd non potuit conferre. Pre. Super illud Jobannis. iij. Majora horum faciet. dicit Aug. Propterea maius hoc esse dixerim ut ex impio iustus fiat qd create celum & terram. sed christus non potuit suis discipulis conferre celum & terram. qd neq; qd iustificarent impium. cum qd iustificatio impiorum fiat per potestatem christi quam habet in sacramentis videtur qd potestatem suam quam habet in sacramentis non potuit ministris conferre. Pre. Christo in qdum est caput ecclesie operatur ut ab ipso gratia derivetur ad alios sicut illud Jobannis. i. De plenitudine eius omnes accepimus. sed hoc non fuit alijs conferre. qd sic ecclesia esset monitiosa. multa capita haberet. qd videtur qd christus suam potestatem non potuit alijs conferre. Sed est qd super illud Jobannis. i. Ego nesciebam eum dicit Aug. qd non noverat potestatem baptismi ipsi dominum habitur & sibi retentur. hoc autem non ignorasset Johannes si talis potestas communicabilis non esset. potuit qd christus suam potestatem ministris communicare. Pre. dicitur qd sicut dicitur est christus in sacramentis habuit duplicem potestatem. unam auctoritatis. que operatur sicut ei sicut deus. & talis potestas nulli creature potuit communicari. sicut nec divina essentia. aliam potestatem habuit excellentie. que operatur sicut ei sicut homo. & tales potestatem potuit christus ministris conferre. dando se eis tanquam gratie plenitudinem ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectum. ut ad invocationem nominum ipsorum sanctificationis sacramenta. & ut ipsi possent sacramentum instituire. & sine ritu sacramentorum effectum conferre solo imperio. potest enim instrumentum coniunctum qdum fuerit formam tanto magis virtutem suam instrumento separato tribuere. sicut manus baculo. Ad. i. ergo dicitur qd christus non ex invidia pretermisit potestatem excellentie ministris conferre sed propter fidelium utilitatem ne in bono spem ponerent et essent diversa facta. ex quibus divisio in ecclesia oriretur. si esset apud illos qd dicebat ego sicut paulus ego asit apollo. ego vero cephe. ut patet. i. Cor. i. Ad secundum dicendum qd obiecto illa procedit de potestate auctoritatis. que convenit christo secundum qd est deus licet etiam potestas

excellencie possit auctoritas nominari, per comparationē ad illos ministros, unde super illud, i. Cor. i. Divisus ē charitus dicit glo. q. poruit eis dare auctoritatem baptis- mi quibz contulit ministerium. ¶ Ad. ij. dd. q. ad hoc inconueniens euanduz ne sez multa capita in ecclesia es- sent christus noluit potestatem sue excellētie ministris cō- municare, si tamen communicasset ipse esset caput prin- cipaliter, alij vero secundario.

Ad quintum sic procedit

Videtur q. per malos ministros sacramenta pferri nō possint. Sacramenta enim legis ordinantur ad emundatō- nem culpe et collationem gratie, sed mali cum sint immū- di non possunt alios a peccatis mundare sicut illud Eccl. xxij. Ab immundo quis mundabit. et etiam cum gratia non habeant videtur q. gratiam conferre non possint quia nullus dat qd non habet, non ergo videtur q. per ma- los sacramenta conferri possint. ¶ Preterea. Nota vir- tus sacramentoz deriuat a christo vt dictum est, sed ma- li sunt pccati a christo, qz non habent charitatem, p quaz membra capiti vniunt sicut illud, Iohannis. iij. Qui ma- net in charitate in deo manet et deus in eo. q. videtur q. per malos sacramenta conferri non possint. ¶ Pre. Si deficit aliquid horum que debitum est esse in sacramentis non perficit sacramentum, sicut si deficit debita forma vel materia, sed debitus minister sacramenti ē ille qui caret macula peccati, sicut illud Leuiti. xxi. Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculaz non offeret panes deo suo, nec accedit ad ministerium eius, q. videtur q. si mini- ster sit malus nihil efficiatur in sacramento. ¶ Sed con- trariē qd Aug. dicit super illud Iohannis. i. Sup quem videtur spiritum sanctum etc. q. non nouerat Iohannes potestatem baptisimi ipsum dominum habituz et sibi re- tenturum, sed ministruz plane transiturum in bonos et malos quid tibi facit malus minister vbi bonus est domi- nus. ¶ Rñ. dd. q. sicut dictum ē ministri ecclesie instru- mentaliter operant in sacramentis, eo q. quodammodo ē eadem ratio ministri et instrumenti, sicut autem supra di- ctum ē, instrumentum aut non agit sicut propriam formā sed sicut virtutem eius a quo mouet, et ideo accidit instru- mento inq̄tum est instrumentum qualemcunqz formaz vel virtutem habeat, preter id qd exigitur ad rationem in- strumenti, sicut qd corpus medici qd est instrumentuz anti- me habentis artem sit sanum vel infirmum et sicut q. fista- la p quam transit aqua sit argentea vel plumbea, vñ mi- nistri ecclesie possunt sacramenta conferre, etiaz si sint ma- li. ¶ Ad. i. g. dd. q. ministri ecclesie neqz a peccatis mun- dant homines ad sacramenta accedentes neqz gratiaz cō- ferunt sua virtute, sed hoc facit christus sua potestate per eos, sicut per quedam instrumenta, et ideo effectus conse- quitur in suscipiētibz sacramenta, non sicut similitudinē ministrorum, sed sicut figuratiōnem ad christū. ¶ Ad. ij. dd. q. per charitatem, membra christi vniunt capiti suo vt ab eo vitam recipiant, quia vt dicitur, i. Iohannis. iij. Qui non diligit manet in morte, potest aut aliquis opari per instrumentuz carens vita, et a se separatuz q̄tuz ad corporis vniōnem, dummodo sit vniūctuz per quandā motiōnem aliter enim operat artifex per manus, et aliter p securim, sic q. christus operat in sacramentis, et per ma- los, tanqz per instrumenta vna carentia et per bonos, tanqz per membra viuētia. ¶ Ad tertium dicendū q. aliquid est debitum esse in sacramento dupliciter. Vno modo si

est existens de necessitate sacramenti qd. quidem si desit si perficitur sacramentum, sicut si desit debita forma vel de- bita materia. Alio modo est aliquid debitum esse in sacra- mento sicut quandam decentiam, et hoc modo debitum est vt ministri sacramenti sint boni.

Ad sextum sic proceditur

Videtur q. mali ministrantes sacramenta non peccent. Sicut enim ministratur deo in sacramentis ita per opera charitatis. Unde dicitur ad Hebr. vlti. Beneficentie et cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs prome- teur deus. Sed mali non peccant si ministrant deo in operibus charitatis, quinimo hoc est consulenduz, sicut illud Psal. iij. Consilium meum regi placeat, peccata tua elemosinis redime, ergo videtur q. mali non peccent in sacramentis ministrando. ¶ Preterea. Quicumqz com- municat alicui in peccato et ipse est reus peccati, sicut illud ad Ro. i. Dignus est morte non solum qui peccatuz agit sed et qui consentit faciētibz sed si mali ministri peccent sacramenta ministrando illi qui ab eis sacramenta recipi- unt eis in peccatis cōmunicant, ergo et ipsi peccant, qd videtur esse inconueniens. ¶ Preterea. Nullus videtur esse perplexus, quia sic homo cogeretuz desperare, quasi non posset peccatum euadere, sed si mali peccarent sacra- menta tradendo essent perplexi, quia etiaz quandoqz pec- carent si sacramenta non traderent, puta cum eis ex officio incumbit necessitas, dicitur enim, i. Cor. ix. Ne mihi et si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit, quandoqz etiam propter periculum sicut si puer in peri- culo mortis existens offeratur alicui peccatori baptisanduz ergo videtur q. mali non peccent sacramenta ministrando. ¶ Sed contra est qd Diony. dicit, i. ca. eccle. hierar. q. malis non est fas neqz tangere symbola, i. sacramentalia signa, et in epistola ad theophilum dicit, talis scz pecca- tor audax videtur, sacerdotibus manum imponens, et non timet neqz verecundatur diuina preter dignitatem exequens, et deū putans ignorare qd ipse in seipso cogno- uit, et decipere existimat falso nomine patrem ab ipso ap- pellatum, et audet immundas infamias non dicam ora- tiones super diuina signa xpi formiter enunciare. ¶ Re- sponsio dicendum q. aliquis in agendo peccat de hoc q. operatur non sicut q. oportet, vt patet per philosophuz in libro ethi. dicitur est autem conueniens esse vt sacramē- torum ministri sint iusti, quia ministri debent domino cō- formari, sicut illud Leuiti. xxi. Sancti eritis, quonia ego sanctus sum, et Eccl. x. sicut iudicem populi sic et minister eius, et ideo non est dubium quin mali exhibentes se mi- nistros dei et ecclesie in dispensatione sacramentoz peccant quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiaz dei et cō- taminationem sanctorum, q̄tum est ex parte ipsius pec- caroz licet sancta sicut seipsa incontaminabilia sint, con- sequens ē q. tale peccatū ex genere suo est mortale. ¶ Ad primum ergo dicendum q. opera charitatis non sunt ali- qua consecratione sanctificata, sed ipsa pertinent ad iusti- cie sanctitates, sicut quedam iusticie partes, et ideo homo qui se exhibet deo ministrum in operibus charitatis si sit iustus amplius iustificabitur, si vero sit peccator per hoc ad sanctitatem disponitur, sed sacramenta in seipsis sancti- ficationem quandam habent per mysticam consecratio- nem, et ideo preexigitur in ministro sanctitas iusticie, vt congruat suo ministro, et id incongrue agit et peccat si in pctō existēs ad tale ministeriū accedat. ¶ Ad. ij. dd. q. ille qui

ad sacramentum accedit suscipit quidem sacramentum a ministro ecclesie non in quantum est talis persona, sed in quantum est minister ecclesie. et ideo quamdiu ab ecclesia tollitur in ministerio ille qui ab eo suscipit sacramentum non communicat peccato eius sed communicat ecclesie, que eum tanquam ministrum exhibet. si vero ab ecclesia non tolleretur pura eum degradatur vel excommunicatur vel suspenditur peccato eius. **Ad. ij.** dicendum quod ille qui est in peccato mortali non est perplexus simpliciter, si ex officio ei incumbit sacramenta dispensare, quia potest penitere de peccato, et licite ministrare, non est autem inconveniens quod sit perplexus supposito quidem quod velit remanere in peccato. In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando in casu quo etiam laycus posset dispensare, sicut enim patet quod non exhibet se ministrum ecclesie, sed subvenit necessitatem patienti. Secus autem est in aliis sacramentis, que non sunt tante necessitatis sicut baptismus ut infra dicitur.

toleratur

Ad septimum sic procedit

Vides quod angeli possent sacramenta ministrare, quicquid enim potest minor potest superior, sic quicquid potest diaconus potest sacerdos, sed non conversis, sed angeli sunt superiores ministri in ordine hierarchico quam etiam quicumque homines, ut patet per Dionysium in libro de celo, hierarchiam cum homines possint ministrare in sacramentis videtur quod multo magis angeli. **Preterea.** Homines sancti assimilantur angelis in celo, ut dicitur **1. Cor. xij.** Sed aliqui sancti in celo existentes possunt ministrare in sacramentis, quia character sacramentalis indelibilis est ut dictum est, ergo videtur quod etiam angeli in sacramentis possint ministrare. **Preterea.** Sicut supra dictum est de diabolo est caput malorum, et mali sunt membra eius, sed per malos possunt ministrari sacramenta, ergo videtur quod etiam per demones. **Sed contra est quod dicitur ad Hebr. v.** Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum, sed angeli boni vel mali non sunt ex hominibus, ergo ipsi non constituitur in his que sunt ad deum et in sacramentis. **Respondeo** dicendum quod sicut supra dictum est, tota virtus sacramentorum a passione christi derivat, que est christi secundum quod homo cui in natura conformantur homines, non autem angeli, sed potius secundum passionem dicitur modice ab angelis ministrari ut patet ad **Hebr. ij.** Et ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta, et in eis ministrare, non autem ad angelos. Sciendum tamen quod sicut deus virtutem suam non alligavit sacramentis quin possit sine sacramentis effectum sacramenti conferre ita etiam virtutem suam non alligavit ministris ecclesie, quin etiam angelis possit tribuere virtutem ministrandi in sacramentis, et quia boni angeli sunt nuntii veritatis si aliquod sacramentale ministerium a bonis angelis perficeretur esset tamen tantum habendum quia deberet prestat hoc fieri voluntate divina sicut quedam templa dicuntur ministerio angelorum consecrata, si vero demones qui sunt spiritus mendacii aliquod sacramentale ministerium exhiberent non esset ratum habendum. **Ad primum ergo dicendum** quod illud quod faciunt homines inferiori modo, scilicet per sacramenta sensibilia que sunt proportionata nature ipsorum faciunt angeli tanquam superiores ministri superiori modo, scilicet invisibiliter purgando illuminando et perficiendo. **Ad. ij.** dicendum quod sancti qui sunt in celo sunt

similes angelis quantum ad participationem glorie, non autem quantum ad participationem nature, et per consequens neque quantum ad sacramenta. **Ad. ij.** dicendum quod mali homines non habent quod possint ministrare in sacramentis ex hoc quod per malitiam sunt membra dyaboli, et ideo non sequitur quod dyabolo qui est eorum caput magis hoc possit.

Ad octavum sic procedit

Vides quod intentio ministri non requiritur ad perfectionem sacramenti. Minister enim in sacramento instrumentaliter operatur, sed actio non perficitur secundum intentionem instrumenti, sed secundum intentionem principalis agentis, ergo intentio ministri non requiritur ad perfectionem sacramenti. **Preterea.** Non potest homini nota esse intentio alterius, si ergo intentio ministri requiritur ad perfectionem sacramenti non posset homini ad sacramentum accedenti esse notum quod sacramentum suscepisset, et ita non posset habere certitudinem salutis, precipue cum quedam sacramenta sint de necessitate salutis, ut infra dicitur. **Preterea.** Dominus intentio non potest esse ad id circa quod non est intentus, sed aliqui illi qui in sacramentis ministrant non intendunt ad ea que dicuntur vel faciunt, alia cogitantes, ergo secundum hoc non perficitur sacramentum propter intentionis defectum. **Sed est ea que sunt propter intentionem sunt casualia, quod non est deus, de operatione sacramentorum, ergo sacramenta requirunt intentionem ministri.** **Respondeo.** dicendum quod quod aliquid se habet ad multa oportet quod per aliquid determinet ad unum si illud effici debet, ea deo que in sacramentis aguntur sunt diversimode agi, sicut ablutio aqua que fit in baptismo potest ordinari et ad mundiciam corporalem, et ad sanctitatem spiritualem, et ad ludum et multa alia huiusmodi, et ideo oportet quod determinet ad unum, id est sacramentalem effectum per intentionem ablutionis, et hoc intentio exprimitur per verba que in sacramentis dicuntur, puta cum dicitur ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. **Ad. i.** dicendum quod instrumentum inanimatum non habet aliquam intentionem respectu effectus, sed loco intentionis est motus qui movetur a principali agente, sed instrumentum animatum sicut est minister non solum movetur sed etiam quod animo movetur seipsum, in quantum sua voluntate movet membra ad operandum, et ideo requiritur eius intentio qua se subijciat principali agenti, ut scilicet intendat facere quod facit pro ecclesia. **Ad. ij.** dicendum quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quod requiritur mentalis intentio in ministro qui si desit non perficitur sacramentum, sed hunc defectum in pueris qui non habent intentionem accedenti ad sacramentum supplet christus, qui interius baptizat, in adultis autem qui intendunt sacramenta suscipere supplet illius defectum fides et devotio, sed hoc satis posset dici quantum ad ultimum effectum, qui est iustificatio a peccatis, sed quantum ad effectum qui est res et sacramentum, scilicet quantum ad characterem non videtur quod per devotionem accedentis possit suppleri quod character non est imprimi nisi per sacramentum. Et ideo alii melius dicunt quod minister sacramenti agit in persona totius ecclesie cuius est minister, in verbis autem que profertur exprimitur intentio ecclesie, que sufficit ad perfectionem sacramenti nisi primum exterius exprimat, ex parte ministri, et recipientis sacramentum. **Ad. ij.** dicendum quod ille qui aliud cogitat licet non habeat actualem intentionem habet tamen habituale que sufficit ad perfectionem sacramenti, puta si cum sacerdos accedit ad baptizandum intendit facere circa baptizandum quod facit ecclesia, vel si postea in ipso exercitio actus cogitatio eius ad alia rapiatur ex parte huiusmodi perficitur

sacramentum quamuis studiose curare debeat sacramenti
ministrum ut etiam actualem intentionem adhibeat. sed hoc
non totaliter est positum in hominis potestate. quia pre-
ter intentionem cum homo vult multum intendere inci-
pit alia cogitare sicut illud psal. Cor meum dereliquit me.

Ad nonum sic procedit.

Videtur quod fides ministri sit de necessitate sacramenti. si-
cut enim dictum est. intentio ministri est necessaria ad sa-
cramenti perfectionem. sed fides intentionem dirigit. ut
Aug. dicit contra Julianum. si si desit vera fides in mini-
stro non perficitur sacramentum. **P**roterea. Si mini-
ster ecclesie veram fidem non habeat videtur esse hereticus. sicut
hereticus videtur non posse perficere sacramenta. dicit enim
Cyprianus in epistola contra hereticos. omnia quecumque
faciunt heretici carnalia sunt et inania et falsa. ita ut nihil
eorum que illi gesserint a nobis debeant probari. Et Leo
papa dicit in epistola ad leonem augustinum manifestum
est crudelissimam et insanissimam vestram animam in
alexandrina sede omnium celestium sacramentorum lumem
extinctum. intercepta est sacrificij oblatio. deficit crismatis
sanctificatio. et paricidalibus manibus impiorum omnia se se
subtrahere ministeria. si vera fides ministri est de necessi-
tate sacramenti. **P**roterea. Illi qui non habent veram fidem
videntur esse per excommunicationem ab ecclesia separari. dicitur
enim in secunda canonica Job. Si quis venit ad vos
et hanc doctrinam non afferit nolite recipere eum in domo
neque dixeritis ei. et ad Tyrum. iij. Hereticum hominem
post primam et secundam correctionem deuita. sed excom-
municatus non videtur posse conferre ecclesie sacramen-
ta. cum sit ab ecclesia separatus. ad cuius ministerium per-
tinet sacramentorum dispensatio. si videtur quod vera fides mi-
nistri sit de necessitate sacramenti. **S**ed contra est quod
Aug. dicit contra petilianum tonantissimum. memento sa-
cramentis dei nihil obesse mores malorum hominum. quia
illa vel non sint vel minus sancta sunt. **R**espondeo. quod si
cur supra dictum est quia ministri in sacramentis instru-
mentaliter operantur non agunt in virtute propria sed in
virtute christi. sicut autem pertinet ad propriam virtutem
hominis caritas ita et fides. unde sicut non requiritur ad
perfectionem sacramenti quod minister sit in caritate sed per
etiam peccatores sacramenta conferre. ita non requiritur
fides eius. sed infidelis potest verum sacramentum perferre
aut prebere. dummodo cetera assint. que sunt de necessi-
tate sacramenti. **A**d .i. ergo dicendum. quod potest per-
gere quod paratur aliquis defectum fidei circa aliquid ali-
ud et non circa veritatem sacramenti quod exhibet. puta si al-
quis credit iuramentum in omni casu esse illicitum. et ta-
men credat baptismum efficaciam habere ad salutem. et
sic talis infidelitas non impedit intentionem conferendi
sacramentum. si vero paratur defectum circa ipsum sa-
cramentum quod exhibet. licet credat per id quod agitur exte-
rius nullum sequi interiorum effectum non tamen ignorat
quod ecclesia catholica intendit per huiusmodi que exteri-
us agunt sacramentum prebere unde non obstante infideli-
tate potest intendere facere id quod facit ecclesia. licet existi-
met illud nihil esse. et talis intentio sufficit ad sacramen-
tum. quia sicut supra dictum est minister sacramenti agit
in persona totius ecclesie. ex cuius fide supplet id quod desit
fidei ministro. **A**d .ij. dicitur. quod hereticorum quidam in colla-
tione sacramentorum formam ecclesie non seruant. et tales
neque sacramentum conferunt neque rem sacramenti. quia

non seruant ecclesie formam. alij vero seruant in collatio-
ne sacramentorum formam ecclesie. et tales quidem con-
ferunt sacramentum. sed non rem sacramenti conferunt.
et hoc dico si sunt manifeste ab ecclesia preclusi. quia ex hoc
ipse quod aliquis accipit sacramenta ab eis peccat. et per hoc
impeditur ne consequatur effectum sacramenti. unde Aug.
dicit in libro de fide ad petrum. firmissime tene et nullate-
nus dubites. extra ecclesiam baptismus si ad ecclesiam non
redierint baptismum tumulari perniciem et per hunc modum dicit
leo papa in sede alexandrina sacramentorum lumem esse extinctum
si quis ad rem sacramenti. non autem quantum ad ipsius sacra-
mentum. Cyprianus autem nec sacramentum offerre cre-
debat hereticos sed in hoc eius sententia non tenetur. unde
de Aug. dicit martyrem Cyprianum qui apud hereticos
vel schismaticos verum baptismum nolebat cognoscere
tanta merita usque ad martirij triumphum secuta sunt ut
charitas qua excelebar lucis obumbratio illa fugaretur.
et si quid purgandum erat passionis falce tolleretur. **A**d
tertium dicendum quod potestas ministrandi sacramenta per-
tinet ad spirituales characteres. qui indelibilis est ut ex
supra dictis patet et ideo per hoc quod aliquis ab ecclesia su-
spenditur vel excommunicatur vel etiam degradatur non
amittit potestatem conferendi sacramentum. sed licentiam
vendi hac potestate. et ideo sacramentum confert. sed ta-
men peccat conferendo et similiter ille qui ab eo recipit sa-
cramentum. et sic non percipit rem sacramenti nisi forte
per ignorantiam excusetur.

Ad decimum sic procedit.

Videtur quod intentio recta ministri requiritur ad perfectio-
nem sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari
intentioni ecclesie ut ex dictis patet. sed intentio eccle-
sie semper est recta. ergo de necessitate ad sacramenti per-
fectionem requiritur intentio recta ministri. **P**roterea
peruersa intentio deterior esse videtur quam intentio ioco-
sa. sed intentio iocosa tollit sacramentum. puta si aliquis
non serio sed ludo aliquem baptizaret. si multo magis per-
uersa intentio aufert sacramentum. puta si aliquis aliquem
baptizaret ut eum postmodum occideret. **P**roterea. Per-
uersa intentio facit totum opus viciosum sicut illud Luce
xi. Si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum te-
nebrosum erit. Sed sacramenta christi non possunt inquiri-
nari per malos homines sicut Aug. dicit contra perueniam
num. ergo videtur quod si sit peruersa intentio ministri non
sit ibi verum sacramentum. **S**ed contra est peruersa
intentio pertinet ad maliciam ministri. sed malicia mini-
stri non tollit sacramentum. si nec peruersa intentio. **R**e-
sponso dicendum quod intentio ministri potest perverti du-
pliciter. Uno modo respectu ipsius sacramenti puta cum
aliquis non intendit sacramentum conferre. sed deluso-
rie aliquid agere. et talis peruersitas tollit veritatem sacra-
menti. precipue quando suam intentionem exteri-
us manifestat. Alio modo potest perverti intentio ministri
ad id quod sequitur sacramentum. puta si sacerdos intendat
aliquam feminam baptizare. ut abuteretur ea. vel si inten-
dit conficere corpus christi. ut eo ad beneficia vratur. et
quia prius non dependet a posteriori inde est quod talis in-
tentionis peruersitas veritatem sacramenti non tollit. sed
ipse minister ex tali intentione grauiter peccat. **A**d pri-
mum ergo dicitur. quod ecclesie intentio recta est et quantum ad sacra-
menti perfectionem et quantum ad sacramenti usum. si prima rectitudo
perficit sacramentum. secunda mentum operatur. et ideo mi-

nister qui cōformat intentionem suam ecclesie q̄tum ad primam rectitudinem non aut̄ q̄tum ad secundaz pficit quidem sacramentum. sed non est sibi ad meritum. Ad q̄. dō. q̄ intentio ludicra vel iocosa excludit primaz rectitudinem intentionis. p̄ quaz perficitur sacramentum. et ideo non est similis ratio. Ad. ij. dōm. q̄ peruersa intentio peruertit opus intendentis. non autem opus alterius. et ideo ex peruersa intentione ministri peruertit id qd̄ agit in sacramentis in q̄tum est opus eius. non in q̄tum est opus christi cuius est minister. et est simile si minister alicuius hominis p̄uua intentione differret dare elemosinam pauperibus. quam dominus recta intentione mandaret.

Questio. LXV.

Deinde cōsiderandū

est de numero sacramentorum. Et circa hoc q̄runtur quattuor. Primo utrum sint septez sacramenta. Secundo de ordine eorum adinuicem. Tertio de comparatione eorum. Quarto utrum omnia sint de necessitate salutis.

Ad primum sic procedit.

Vides q̄ non debent esse septez sacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute diuina et ex virtute passionis christi. Sed vna est virtus diuina. et vna est xpi passio. Vna enī oblatione consumauit sanctificatos in sempiternum ut dicitur ad Hebr. v. Ergo non debuit esse nisi vnum sacramentum. Pre. Sacramentum ordinat̄ p̄tra defectum peccati. Hoc autem est duplex scz pena et culpa. q̄ sufficeret duo sacramenta esse. Pre. Sacramenta pertinent ad actiones eccle. hierar. ut patet p̄ Dionysiu. Sed sicut ipse dicit tres sunt actiones hierarchie. purgatio. illuminatio. et perfectio. q̄ non debent esse nisi tria sacramenta. Pre. Sicut dicit Aug. xij. p̄tra falsū sacramenta noue legis sunt numero pauiora q̄ sacramenta veteris legis sed in veteri lege non erat aliqd̄ sacramentū qd̄ responderet p̄firmationi et extreme vnctioni. ergo neq̄ debent numerari inter sacramenta noue legis. Pre. terea. Luxuria non est grauius inter cetera peccata. ut patet ex his que in secunda pte dicta sunt. sed p̄tra alia peccata non in s̄stituit aliqd̄ sacramentum. q̄ neq̄ p̄tra luxuriam debuit institui in sacramentum matrimonij. Scz contra videt̄ q̄ sint plura sacramenta. Sacramenta enī dicunt̄ quedaz signa sacra. sed multe alie significationes sunt in ecclesia s̄m̄ sensibilia signa. sicut aqua benedicta. consecratio altaris et alia huiusmodi. q̄ sunt plura sacramenta q̄ septem. Pre. Hugo de sancto victore dicit q̄ sacramenta veteris legis fuerunt oblationes decime et sacrificia. sed sacrificium ecclesie est vnum sacramentū qd̄ dicitur eucharistia. q̄ etiaz oblationes et decime debent dici sacramenta. Pre. Tria sunt genera peccatorū origina. veniale. mortale. Sed p̄tra originale peccatum ordinat̄ baptismus. p̄tra mortale penitentia. q̄ etiaz debet esse aliud p̄ter septem. quod ordinetur p̄tra veniale. Rñ. dō. q̄ sicut supra dictum est. sacramenta ecclesie ordinantur ad duo. scilicet ad perficiendum hominem. in his que pertinent ad cultum dei. s̄m̄ religionem xpiane vite. et etiam in remedium p̄tra defectum peccati. Utroq̄ autem modo puenienter ponunt̄ septem sacramenta. vna enim spiritualis p̄formitatem aliquaz bz ad vitam corporalem. sicut etiam cetera corporalia similitudinē quandam spirituum bñt. In vita autem corporali dupliciter ali-

quis perficitur. Uno modo q̄tum ad personam p̄p̄iam. Alio modo per respectum ad totaz communiatem societatis in qua viuit. quia homo est naturaliter animal sociale. respectu autem sui ipsius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Uno modo per se acquirendo. scz aliam quam vite perfectionem. Alio modo per accidens. scz remouendo impedimenta vite. puta egritudines vel aliqd̄ huiusmodi. Per se autem perficitur vita corporalis tripliciter. Primo quidem per generationem per quaz homo incipit esse et viuere. et loco eius in spiritali vita est baptismus qui est spiritalis regeneratio. s̄m̄ illud ad Tit. ij. Per lauacrum regenerationis etc. Secundo per augmentum quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem et virtutes. et loco eius in spiritali vita est confirmatio. in qua datur spiritus sanctus ad robur. Unde dicitur discipulis iam baptisatis Luce vln. Sedete in ciuitate q̄ ad vsq̄ induamini virtute ex alto. Tertio per nutritionem quo conseruatur in homine vita et virtus et loco huius in spiritali vita est eucharistia. vnde dicitur Jobāms. vi. Nisi manducaueritis carnes filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Et hoc quidem sufficeret homini si haberet et corporaliter et spiritaliter impassibilem vitam. sed quia homo incurrit interdum et corporalem infirmitatem et spiritalem scz peccatū. ideo necessaria est homini curatio ad infirmitatem. que quilibet est duplex. vna quidem est sanatio que sanitate restituit. et loco huius in sp̄iali vita est penitentia. s̄m̄ illud psal. Sana animam meam quia peccati tibi. alia autem est restitutio valitudinis pristine per convenientem dietam et exercitiū. et loco huius in spiritali vita est extrema vnctio que remouet peccatorum reliquias et homines paratū reddit ad finalem gloriam habendam. Unde dicit Iacob. v. Et si in peccatis sit dimittent̄ ei. Perficitur aut̄ homo in ordine ad totam cōmunitatē dupliciter. Uno modo per hoc q̄ accipit potestatem regendi multitudinem et exercendi actus publicos. et loco huius in spiritali vita est sacramentum ordinis. s̄m̄ illud ad Hebr. vij. q̄ sacerdos hostias offerunt. non solum pro se sed etiaz pro populo. Secundo q̄tum ad naturalem propagationem. qd̄ fit p̄ matrimonium. tam in spiritali q̄ in corporali vita. eo q̄ est non solum sacramentum sed nature officium. Et hinc etiam patet sacramentoz numerus. s̄m̄ qd̄ ordinant̄ contra defectum peccati. nam baptismus ordinatur p̄tra carnitiam vite spiritalis. p̄firmatio contra infirmitatem anime. que in nuper natis inuenitur. eucharistia p̄tra labilitatem animi ad peccandum. penitentia contra actuale peccatum. post peccatum commissum. extrema vnctio contra reliquias peccatorū. que scz non sunt sufficēter per penitentia sublate. aut ex negligentia aut ex ignorantia. ordo p̄tra vniolationem multitudinis. matrimonium p̄tra concupiscentiam personalem et p̄tra defectum multitudinis qui per mortem accidit. Quidaz vero accipiūt numerum sacramentoz per quandam adp̄tationem ad virtutes et ad defectus culpatorum et penalarum. dicentes q̄ si dei responderet baptismus. et ordinatur contra culpam originalem. Spei extrema vnctio. et ordinatur contra veniale. Charitati eucharistia et ordinatur contra penalarum malicie. Prudentie ordo. et ordinatur p̄tra ignorantiam. Iusticie penitentia. et ordinatur contra peccatum mortale. Temperantie matrimonij. et ordinatur contra concupiscentiam. Fortitudini cōfirmatio. et ordinatur p̄ infirmitatem. Ad. i. g. dō. q̄ idē agens p̄cipale vitē

diuersis instrumentis ad diuersos effectus sicut in quibusdam operibus et similiter etus diuina et passio christi operatur in nobis per diuersa sacramenta. quia per diuersa instrumenta

Ad. ij. d. d. q. culpe et pene diuersitatem habent. et sicut in quibusdam sunt diuersae species culparum et penarum. et sicut diuersos hominum status et habitudines. et sicut in hoc oportet multiplicari sacramenta. ut ex dictis patet.

Ad. iij. d. d. q. in actionibus hierarchicis considerantur agentes et recipientes et actiones. Agentes autem sunt ministri ecclesie. ad quos pertinet ordinis sacramentum. Recipientes autem sunt illi qui ad sacramenta accedunt. qui producunt per matrimonium. Actiones autem sunt illuminatio purgatio et perfectio. sed sola purgatio non potest esse sacramentum noue legis quod gratiam confert. sed pertinet ad quedam sacramenta antiqua. que sunt catharsis et exorcismus. purgatio autem et illuminatio sicut in Dionysio. pertinent ad baptismum. et propter reciduum secundarium pertinet ad penam et extremam victionem. perfectio autem quibus ad virtutes quidem que est quasi perfectio formalis pertinet ad confirmationem. quorum autem ad executionem finis pertinet ad eucharistiam.

Ad. iij. d. d. q. in sacramento confirmationis datur plenitudo spiritualis ad robur. in extrema autem victione preparatur homo ut recipiat immediate gloriam. quorum neutrum proprie veteri testamento. et ideo nihil potuit his sacramentis in veteri lege respondere. nihilominus sacramenta veteris legis fuerunt plura numero. propter diuersitatem sacrificiorum et ceremoniarum.

Ad. v. d. d. q. propter concupiscentiam venereorum oportuit specialiter remedium adhibere per aliquod sacramentum. Primum quidem quod per huiusmodi concupiscentiam non solum vitia homo sed et natura. Secundo propter vehementiam eius qua ratione absolet.

Ad. vi. d. d. q. aqua benedicta et alie consecrationes non dicuntur sacramenta. quod non perducunt ad sacramenti effectum. qui est gratie percipio. sed sunt dispositiones quedam ad sacramenta. vel remouendo prohibens. sicut aqua benedicta ordinat contra insidias demonum. et contra peccata venialia. vel idoneitatem quandam faciendo ad sacramenti perfectionem. sicut consecrant altare et vasa. propter reuerentiam eucharistie.

Ad. vii. d. d. q. oblationes et decime erant tam in lege nature quam in lege moysi ordinate non solum in subsidium ministrorum et pauperum sed etiam in figura et ideo erant sacramenta. nunc autem non remanserunt in quibus sunt figuralia. et ideo non sunt sacramenta.

Ad. viij. d. d. q. ad deletionem venialis peccati non requiritur infusio gratie. unde cum in quolibet sacramento noue legis gratia infundatur nullum sacramentum noue legis directe instituitur contra veniale. quod tollitur per quedam sacramentalia. puta per aquam benedictam et alia huiusmodi.

Quidam tamen dicunt extremam victionem contra peccatum veniale ordinari. sed de hoc suo loco dicat.

Ad secundum sic procedit

Videtur quod inconuenienter sacramenta ordinantur sicut modo predictum. Ut enim Apосто dicit. i. Cor. xv. Primum est quod est animale. deinde quod est spirituale. sed per matrimonium generatur homo prima generatione que est animalis. Per baptismum autem regeneratur homo secunda generatione que est spiritualis. igitur matrimonium debet precedere baptismum.

Preterea. Per sacramenta ordinantur aliquis accipit potestatem agendi actiones sacramentales. sed agens est prius sua actione. igitur ordo debet precedere baptismum et alia sacramenta.

Preterea. Eucharistia

est spirituale nutrimentum. confirmatio autem operatur augmento. nutrimentum autem est causa augmenti et per consequens prius. igitur eucharistia est prior confirmatione.

Preterea. Penitentia preparat hominem ad eucharistiam. sed dispositio precedit perfectionem. igitur penitentia debet precedere eucharistiam.

Preterea. quod est propinquius finis ultimo est posterius sed extrema vinctio inter omnia sacramenta propinquior est ultimo fini beatitudini. igitur debet habere vltimum locum inter sacramenta. In contrarium est quod communiter ordinantur sacramenta ab oibo sicut dictum est.

Ad. iij. d. d. q. ratio ordinis sacramentorum apparet ex his que supra dicta sunt. nam sicut vnum est prius quam multitudo ita sacramenta que ordinantur ad perfectionem multitudinis. et ideo vltimo inter sacramenta ponuntur ordo et matrimonium que ordinantur ad multitudinis perfectionem. matrimonium tamen post ordinem eo quod minus precipat de ratione spiritualis vite. ad quam sacramenta ordinantur. Inter ea vero que ordinantur ad perfectionem vnius persone naturaliter sunt priora illa que per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vite. quam illa que ordinantur per accidens. scilicet ad remouendum nocuum accidens superueniens. et cuiusmodi sunt penitentia et extrema vinctio. posterior est tamen naturaliter extrema vinctio. que presertim sanationem quam penitentia inclinat.

Inter alia vero nota notandum est quod baptismus qui est spiritualis regeneratio est primus. et deinde confirmatio que ordinat ad perfectionem formalem virtutis. et postmodum eucharistia que ordinat ad perfectionem finis.

Ad. i. d. d. q. matrimonium sicut quod ordinat ad animalem vitam est officium nature. sed sicut quod habet aliquid spiritualitatis est sacramentum. et quod minimum habet de spiritualitate ideo vltimo ponitur inter sacramenta.

Ad. iij. d. d. q. ad hoc quod aliquid sit agens presupponit quod sit in se perfectum. et ideo priora sunt sacramenta quibus aliquis seipso perficit. quam sacramentum ordinis in quo aliquis constituitur perfectior aliorum.

Ad. iij. d. d. q. nutrimentum etiam precedit augmentum sicut causa eius. et subsequitur augmentum. sicut conseruans hominem in perfecta quantitate et virtute. et ideo potest eucharistia preueniri confirmationi. ut Dionysius. facit in libro eccle. hierar. et potest postponi sic magister facit in. iij. sententiarum.

Ad. quartum dicendum quod ratio illa recte procederet si penitentia ex necessitate requireretur ut preparatoria ad eucharistiam. sed hoc non est verum. nam si aliquis esset sine peccato mortali non indigeret penitentia ad sumptionem eucharistie. et sic patet quod per accidens penitentia preparat ad eucharistiam sed supposito peccato. Unde dicit Paralip. vlti. Tu deus iustorum non posuisti penitentiam iustis.

Ad quintum dicendum quod extrema vinctio est vltimum propter rationem inducram inter sacramenta que ordinantur ad perfectionem vnius persone.

Ad tertium sic proceditur

Videtur quod sacramentum eucharistie non sit potissimum inter sacramenta. Bonum enim commune potius est quam bonum vnius. ut dicitur. i. Etb. Sed matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humane per viam generationis. sacramentum autem eucharistie ordinatur ad bonum proprium sumentis. ergo non est potissimum sacramentorum.

Preterea. Digniora sacramenta esse videntur que per maiorem ministrum conferuntur. sed sacramentum confirmationis et ordinis non conferuntur nisi per episcopum qui est maior minister quam simplex

minister qui est sacerdos. p quem offert eucharistie sacra-
mentum. Illa sacramenta sunt potiora. ¶ Pre. Sacra-
menta tanto sunt potiora q̄to maiorem virtutem bñt. h̄
quedam sacramenta imprimunt caracterem. s. baptismus.
confirmatio. et ordo. qd̄ non facit eucharistia. q̄ illa sacramē-
ta sunt potiora. ¶ Pre. Illud videt esse potius ex q̄ alia
dependent et non econuerso. sed ex baptismo dependz eu-
charistia. non enim aliquis pot̄ eucharistiam accipere nisi
fuerit baptisatus. q̄ baptismus est potior q̄ eucharistia.
¶ Sed p̄ta est qd̄ Dionys. dicit. iij. ca. ecclē. dicitur. qd̄
non p̄tingit aliqd̄ perfici p̄fectione hierarchica nisi per di-
uinissimam eucharistiam. q̄ hoc sacramentum est potissi-
mum et p̄fectissimum oīu alioꝝ. ¶ Rñ. dō. qd̄ simplici-
ter loquendo sacramentum eucharistie est potissimum in-
ter alia sacramenta. qd̄ quidez tripliciter apparet. Primo
quidem ex eo qd̄ in eo p̄tinet ipse x̄ps substantialiter. in
alio autem sacramentis p̄tinetur quedam virtus instrumē-
talis. p̄cipua a christo vt ex supradictis patet. sem-
per aut̄ qd̄ est per essentiam prius est eo qd̄ est p̄ partici-
pationem. Secundo hoc apparet ex ordine sacramentoz̄
ad inuicem. nam oīa alia sacramenta ordinari vident̄ ad
hoc sacramentū. sicut ad finem. manifestus est enim qd̄ sa-
cramentū ordinis ordinat̄ ad eucharistie p̄fectionem. sa-
cramentū vero baptismi ordinat̄ ad eucharistie p̄ceptio-
nem. in q̄ etiam p̄fici aliquis p̄ confirmationem vt non ve-
reaf se subtrahere a tali sacramento p̄ penitentiam etiam
et extremam unctionem preparat̄ bō ad digne sumenduz
corpus christi. matrimonii autem saltem sui significatō
ne actingit hoc sacramentū. in q̄truz significat̄ x̄pi et ecclē-
sie p̄iunctionem. cuius vniat̄ p̄ sacramentuz eucharistie
figura est. vnde et Apostolus dicit ad Ep̄t. v. Sacramen-
tum hoc magnum est. ego autē dico in christo et ecclesia
Tertio apparet hoc ex ritu sacramentoz̄. nam fere omnia sa-
cramenta in eucharistia p̄sumant̄. vt Dionys. dicit. iij. ca.
ecclē. dicitur. sicut patet qd̄ ordinat̄ p̄municant et etiaz ba-
ptisati si sunt adulti. Alioz̄ autē sacramentoz̄ p̄p̄atio ad
inuicem potest esse multipliciter. nam in via necessitatis
baptismus est potissi. mū sacramentoz̄. in via aut̄ p̄fectio-
nis sacramentum ordinis. medio aut̄ modo se h̄z sacramē-
tum p̄firmationis. sacramentū et̄o penitentie et extreme
unctionis sunt inferioris gradus a predictis sacramētis.
qz̄ sicut dictum ē ordinat̄ ad vitam christianaꝝ non p̄ se
sed quasi p̄ accidens. s. in remedium superueniens de-
fectus. que tñ extrema vinctio p̄parat̄ ad penitentiaꝝ sicut
p̄firmatio ad baptismū. ita. s. qd̄ penitentia est maioris ne-
cessitatis sed extrema vinctio ē maioris p̄fectionis. ¶ Ad
primū q̄ dicendū qd̄ matrimonii ordinat̄ ad bonum cōe
corporaliter. sed bonum cōe spiritaliter totius ecclēsie cō-
tinet̄ substantialiter in ipso sacramento eucharistie. ¶ Ad
ij. dō. qd̄ p̄ ordinem et p̄firmationem de putant̄ fideles ad
aliqua specialia officia. qd̄ pertinet ad officia p̄ncipia.
et id̄ tradere huiusmodi sacramenta p̄tinet ad solum ep̄m
qui ē quasi princeps in ecclēsia. p̄ sacramentum vero eu-
charistie non deputat̄ homo ad aliqd̄ officium. sed magis
hoc sacramentū est finis oīm officioꝝ vt dictum ē. ¶ Ad
ij. dō. qd̄ character sacramentalis vt dictum est quedam p̄-
cipatio est sacerdotij christi. vnde sacramentum qd̄ ipm
x̄pm p̄iungit homini est dignius sacramento qd̄ ipm
christi caracterem. ¶ Ad. iij. dō. qd̄ illa procedit ex p̄-
te necessitatis. sicut enim baptismus cum sit maxime neces-
sitatis ē potissimum sacramentoz̄. sicut ordo et p̄firmatio
habent quandam excellentiam ratione ministerij. et matri-

monij ratione significationis. nihil enim prohibet. eē ali-
quid fm̄ quid dignius. qd̄ tamen non ē dignius simplr.
Ad quartum sic procedit
¶ Quidē qd̄ omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Il-
lud enim qd̄ non est necessariū videtur esse superfluz. h̄
qz̄ deus nihil facit frustra. q̄ omnia sacramenta sunt de sa-
lutaris necessitate. ¶ Pre. Sicut de baptismo dicitur nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest in-
troire in regnum dei ita de eucharistia dicitur Iohannis
vi. Nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis
eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. ergo sicut
baptismus ē sacramentum necessitatis ita et eucharistia.
¶ Pre. Sine sacramento baptismi potest aliquis saluus
fieri dummodo non sit contēptus religionis. sed neces-
sitas sacramentū excludit vt infra dicit. sed in quolibet sa-
cramento contēptus religionis impedit hominis salu-
tem. q̄ pari ratione omnia sacramenta sunt de salutis ne-
cessitate. ¶ Sed contra est qd̄ pueri saluant̄ p̄ solum ba-
ptismū sine alijs sacramentis. ¶ Rñ. dō. qd̄ necessarius
respectu finis. de q̄ nunc loquimur de aliquid duplici-
ter. Cū modo sine quo non potest esse finis. sicut ab-
est necessarius vite humane. et hoc ē simpliciter necessari-
um ad finem. Alio modo dicitur esse necessarius illud si-
ne q̄ non haberet finis ita p̄uenienter sicut equus necessa-
rius ē ad iter. hoc autem non est simpliciter necessariū ad
finem. ¶ Primo ergo modo necessitatis sunt tria sacramē-
ta necessaria. duo quidez persone singulari. baptismus qui
tem simpliciter et absolute. penitentia aut̄ supposito mor-
tali peccato post baptismū. sacramentum autem ordinis
ē necessariū ecclēsie. qz̄ vbi non est gubernator populū cor-
ruet vt dicit Prover. xi. Sed secundo modo sunt neces-
saria sacramenta alia. nam p̄firmatio perficit baptismum
quodammodo extrema vinctio penitentiam matrimoni-
um vero ecclēsie multitudinem per propagationem con-
seruat. ¶ Ad. i. g. dō. qd̄ ad hoc qd̄ aliquid non sit superfluum
sufficit necessarium primo vel secundo mō. et sic sunt
necessaria sacramenta. vt dictum est. ¶ Ad. ij. dō. qd̄ il-
lud verbum domini ē intelligendum de spiritali mādu-
catione. et non de sola sacramentali vt Aug. exponit sup̄
Iohannem. ¶ Ad. iij. dō. qd̄ licet omnium sacramentoz̄
contemptus sit saluti p̄tariū. non tamen est contē-
ptus sacramenti ex hoc qd̄ aliquis non curat accipere sa-
cramentū qd̄ non est de salutis necessitate. alioquin qui
non accipiunt ordines et qui non contrahunt matrimoni-
um contemnerent huiusmodi sacramenta.

Questio. LXVI.

Deinde considerandū
est de singulis sacramentis in speciali. Et pri-
mo de baptismo. Secundo de p̄firmatione.
Tertio de eucharistia. Quarto de penitentia. Quinto de
extrema unctione. Sexto de ordine. Septimo de matri-
monio. Circa primum occurrit duplex p̄sideratio. Pri-
mo de ipso baptismo. Secundo de preparatorijs ad ba-
ptismum. Circa primum quattuor p̄sideranda occurrunt
Primo de his que pertinent ad sacramentum baptismi.
Secundo de ministro huius sacramenti. Tertio de recipi-
entibus hoc sacramentuz. Quarto de effectu huius sacra-
menti. Circa primum queruntur. xij. Primo quid sit ba-
ptismus. vtz sit ablutio. Secundo de institutione huius
sacramenti. Tertio vtruz aqua sit propria materia huius

sacramenti. Quatro vtrū requiratur aqua simplex. Quis
to vtrum hec sit conueniens forma huius sacramenti ego
te baptiso in nomine patris et filij et spiritus sancti. Sexto
vtruz sub hac forma possit aliquis baptisari. ego te bap
tiso in nomine christi. Septimo vtrum imersio sit de ne
cessitate baptismi. Octavo vtrum requiratur trina imer
sio. Nonno vtrum baptismus possit reiterari. Decimo de
ritu baptismi. Undecimo de distinctione baptismatum.
Duodecimo de compatione baptismatum.

Ad primū sic proceditur

Uidetur qd baptismus non sit ipsa ablutio. Ablutio enim
corporis transit. baptismus autem permanet. ergo bap
tismus non est ipsa ablutio. sed potius regeneratio. et sigillū
et custodia. et illuminatio. vt Dam. dicit. iij. libro.

Pre. hugo de sancto victo. dicit qd baptismus est aqua
diluentis criminibus sanctificata per verbum dei. Aqua
autem non est ipsa ablutio. sed ablutio est quidam vsus
aque.

Pre. Aug. super iobannem dicit accedit verbū
ad elementum et sit sacramentum. Elementum autem
est ipsa aqua. ergo baptismus est ipsa aqua non autem ab
lutio. Sed contra est quod dicitur eccl. xix. qui bap
tisar a mortuis et iterum tangit mortuos quid proficit lo
tio eius. videtur ergo qd baptismus sit ipsa ablutio siue lo
tio.

Rñ. dicendum qd in sacramento baptismi tria con
siderari oportet aliquid scilicet qd est sacramentum tantū
aliquid autem qd est res et sacramentum. aliquid autem qd
est res tantum. Sacramentum autem tantum est aliqd
visibile exterius existens. quod scilicet est signum interio
ris effectus. hoc autem pertinet ad rationem sacramenti. ex
terius autem suppositum seu sui est ipsa aqua et vsus eius
qui est ablutio. Quidam autem estimauerunt qd ipsa aq
sit sacramentum. quod quidem sonare videtur verba hu
gonis de sancto victo. nan ipse in cōmuni definitione sa
cramenti dicit. qd est materiale elementum. et in definitio
ne baptismi dicit qd est aqua. Sed hoc non est verum. cuz
enim sacramenta noue legis sanctificationem quandam
operentur ibi perficitur sacramentū ubi perficitur sanctifi
cario. in aqua autem non perficitur sanctificatio. sed est ibi
quedam sanctificationis virtus instrumentalis non per
manens. sed fluens in hominem. qui est vere sanctificatio
nis subiectum. et ideo sacramentum non perficitur in ipsa
aqua. sed in applicatione aque ad hominem. que est ablu
tio. et ideo magister in. iij. distinc. iij. snay dicit qd bap
tismus est ablutio corporis exterioris. facta sub forma pre
scripta verborum. Res autem et sacramentum est caracter
baptismalis. que est res signata per exteriorē ablutionē
et est signum sacramentale interioris iustificationis. que
est res tantum huius sacramenti. scilicet signata et non si
gnans.

Ad. i. ergo dōm qd illud quod est sacramentū
et res sacramenti. et id quod est res tantū scilicet interior
iustificatio permanent. sed caracter permanet indelibiliter
vt supra dictum est. iustificatio autem permanet. s; am
sibiliter Dam. ergo baptismum diffiniuit. non tantū ad
id quod exterius agitur quod est sacramentum tantum.
sed quantum ad id quod est interius. vnde posuit duo per
tinentia ad caracterem. scilicet sigillum et custodiam. in
quantum ipse caracter qui sigillum dicitur quantum est
de se custodit animam in bono. duo etiam ponit pertinen
tia ad vltimam rem sacramenti. scilicet regenerationem.
que ad hoc pertinet qd per baptismū inchoat homo nouā
vitam iusticie. et illuminationem. que pertinet specialiter

ad fidem. per quam homo spiritualem vitam accipit. fm
illud abacuc. ij. iustus autem ex fide viuit. baptismus autē
est quedam fidei protestatio. vnde dicitur fidei sacramē
tum. Et similiter dionys. baptismum diffiniuit per ordinē
ad illa sacramenta dicens. ij. c. eccle. bierarb. qd est quod
dam principium sanctissimorum mandatorum sacre ac
tionis ad eorum suscepūam oportunitatez formans no
stros animales habitus. Et iterum in ordine ad celestem
gloriam. que est finis vniuersalis sacramentorum. cum
subdit. ad supercelestis quietis anagogē nostrum iter fa
ciens. Et iterum quantum ad principium spiritualis vi
te per hoc quod subdit sacre et diuinitissime nostre regē
generationis traditio. Ad. ij. dōm qd sicut dictum est
opinionē hugonis d sancto victore in hac pre seq nō opor
tet. potest tamen verificari vt baptismus dicatur aqua eē
qd aqua est materiale baptismi principij. et sic est predica
tio per causam. Ad. iij. dicendum qd accedente verbo
ad elementum sit sacramentum. non quidem in ipso ele
mento. sed in homine cui adhibetur elementum per vsū
ablutionis. et hoc etiam signat ipsum verbum quod acce
dit ad elementum cum dicitur. ego te baptiso.

Ad secundū sic procedit

Uidetur qd baptismus fuerit institutus post christi passi
onem. Causa enim precedit effectum. sed in sacramentis
noue legis passio christi operatur. ergo passio christi pre
cedit institutionem sacramentorum noue legis. et preci
pue institutionem baptismi. cum apostolus dicat ad ro.
vi. quicumq; baptisati sumus in christo hiesu. in morte ip
sius baptisati sumus.

Pre. sacramenta noue legis et
ficaciam habent ex mandato christi. sed christus manda
tum baptisandi discipulis dedit post passionem et resurre
ctionem dicens. euntes docete omnes gentes. baptisan
tes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti vt babe
t Matb. vlti. ergo videtur qd post passionē christi. bap
tismus fuerit institutus.

Pre. baptismus est sacramen
tum necessitans vt supra dictum est. et ita videtur qd ex q
baptismus institutus fuit. homines obligarentur ad ba
ptismum. sed ante passionem christi homines non obli
gabantur ad baptismum. quia ad huc circumcisio suam
virtutem habebat in cuius loco successit baptismus. ergo
videtur qd baptismus non fuerit institutus ante passionē
christi.

Sed contra est quod Aug. dicit in quodam ser
mone epiph. ex quo christus in aqua mergit ex eom
nium peccata abluuit aqua. sed hoc fuit ante christi passio
nem. ergo baptismus ante christi passionem fuit institu
tus.

Rñ. dicendum qd sicut supra dictum est sacramē
ta ex sui institutione habent qd conferunt gratiam. vnde
tunc videtur aliquod sacramentum institui quando acci
pit virtutem producendi suum effectum. hanc autem vir
tutem baptismus accepit quando christus est baptisatus
vnde tunc vere baptismus institutus fuit quantum ad
ipsum sacramentum. Sed necessitas vrendi hoc sacramē
to indicta fuit hominibus post passionem et resurrectionē
tum quia in passioe christi terminata sunt figuralia sacra
menta veteris legis. tum quia etiam per baptismum con
figuratur homo passioni et resurrectioni christi. inquan
tum moritur peccato et anima incipit nouam iusticie vi
tam. et ideo oportuit christum pati prius et resurgere. quā
indiceretur necessitas se configurandi morti et resurrecti
oni eius.

Ad. i. ergo dōm qd etiam ante passionē xpi
baptismus habebat efficaciam a christi passione. in q
tuz

eam prefigurabat. aliter tamen q̄ sacramenta veteris legis nam illa erunt figure tantum. bap̄tismus autē ab ip̄o christo virtutem habebat iustificandi per cuius virtutem etiam ip̄a passio saluifera fuit. ¶ Ad. ij. dōm q̄ homines non debebant multiplicibus figuris arrari p̄ x̄p̄m qui venerat sua virtute figuras impletas auferre. et ideo ante passionem suam bap̄tismus institutum non posuit sub precepto. sed voluit ad eius exercitū homines assue fieri. et precipue in populo iudeorum. apud quem omnia facta figurata erant. vt Augustinus dicit contra faulū post passionem vero et resurrectionem non solum iudeis sed etiam gentilibus suo precepto bap̄tismi necessitatem imposuit dicens. euntes docete omnes gentes. ¶ Ad. iij. dōz q̄ sacramenta non sunt obligatoria nisi quando sub precepto ponuntur. quod quidem non fuit ante passionem vt dictum est. quod enim dominus ante passionem nicodemus dixit iob. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non potest introire in regnum dei. magis videtur ad futurum respicere quam ad presens tempus

Ad tertium sic proceditur

Videtur q̄ aqua non sit propria materia bap̄tismi. Bap̄tismus enim s̄m̄ Dio. et Bap̄t. habet vim illuminandi sed illuminatio maxime competit igni. ergo bap̄tismus magis debet fieri in igne quam in aqua. presertim cum iohannes bap̄tista pronuntians christi bap̄tismus dicat ille vos bap̄tizat in spiritu sancto et igne. ¶ Res. in bap̄tismo designatur ablutio peccatorū. sed multa alia sunt ablutiva quaz equa sicut vinum et oleum et alia huiusmodi. ergo etiam in his potest fieri bap̄tismus. non ergo aqua est propria materia bap̄tismi. ¶ Res. sacramenta ecclesie fluxerunt de latere christi pendens in cruce vt supra dictum est. s̄m̄ inde fluxit non solum aqua sed etiam sanguis. ergo videtur q̄ in sanguine potest fieri bap̄tismus. quod etiam magis videtur cōuenire cum effectu bap̄tismi. quia dicitur apoc. i. lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ Res. sicut Aug. et Beda dicunt. christus tactu sue mirabilissime carnis vim purgatiuam contulit aquis. sed non omnis aqua continuatur cum aqua iordanis. quam x̄p̄s tetigit sua carne. ergo videtur q̄ non in omni aqua potest fieri bap̄tismus. et ita aqua in quantum huiusmodi non est propria materia bap̄tismi. ¶ Res. si aqua s̄m̄ se esse propria materia bap̄tismi. non oporteret aliquid aliud fieri circa aquam ad hoc q̄ in ea bap̄tismus fieret. sed in solenni bap̄tismo aqua in qua debet bap̄tismus celebrari exordisatur et benedicatur. ergo videtur q̄ aqua s̄m̄ se non sit propria materia bap̄tismi. ¶ Sed contra est quod dominus dicit iob. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. ¶ Res. dōm q̄ ex institutione diuina aqua est propria materia bap̄tismi

Primo quidem quantum ad ipsam rationem bap̄tismi que est regeneratio in spiritualem vitam. quod maxime congruit aque. vnde et semina ex quibus generantur omnia viuentia. et plāte et animalia humida sunt et ad aquam pertinent. propter quod quidam philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo quantum ad effectus bap̄tismi quibus competunt aque proprietates. que sui humiditate lauat. ex quo conueniens est ad significandū et causandū ablutionem peccatorū. sua frigiditate etiam temperat superfluitatem caloris. et ex hoc competit ad mitigandū concupiscentiam fomitis. sua etia

dyaphaneitate est luminis susceptiua vnde hoc competit bap̄tismo in quantum est fidei sacramentum. Tertio q̄ conuenit ad representandū misteria christi quibus iustificamur. vt enim Criso. dicit super illud iob. nisi quis renatus fuerit. sicut in quodam sepulcro in aqua submersus deorsum occultatur. et deinde nouus rursus ascendit. Quæro quia rōe sue cōmunitatis et habundantia efficitur. ueniens materia necessitate huius sacramenti. potest enī de facili vbiq̄ haberi. ¶ Ad. i. ergo dōm q̄ illuminatio pertinet ad ignem actiue. ille autē qui bap̄tizat non efficitur illuminans sed illuminatus per fidem. que est ex auditu. vt dicit ad Roma. x. et ideo magis competit aqua bap̄tismo quam ignis. Quod autem dicit bap̄tizat in spiritu sancto et igne potest intelligi per ignem. vt dicit hiero. spiritus sanctus. qui super discipulos in igneis linguis apparuit vt dicitur Actū. ij. Vel per ignem potest intelligi tribulatio. vt Criso. dicit super Bartheum quia tribulatio peccata purgat et concupiscentiam diminuit. Vel quia vt Hylarius dicit super Bartheum. bap̄tismus in spiritu sancto reliquum est consumi igne iudicij. ¶ Ad. ij. dōm. q̄ vinum et oleum cōmuniter non sumunt ad usum ablutionis sicut aqua. Nec etiam ita perfecte abluunt quia ex illorum ablutione remanet aliqua imperfectio. saltem ad odorem. quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita cōmuniter et habundanter habentur sicut aqua. ¶ Ad. iij. dōm q̄ ex latere christi fluxit aqua ad abluendum. sanguis autem ad redimendū. et ideo sanguis competit sacramento eucharistie. aqua autem sacramento bap̄tismi. q̄ est ablutio vitæ et virtute sanguinis christi. ¶ Ad. iij. dōm q̄ virtus christi derivata est ad omē aquam non propter continuitatem loci. sed propter similitudinē speciei. vt dicit Aug. in quodam sermone epiph. que de saluatoris bap̄tismo benedictio fluxit. tanq̄ fluuus spiritualis omnium gurgitum tractus vniuersorum fontium venas impleuit. ¶ Ad. v. dōm q̄ illa benedictio que adhibetur aque nō est de bap̄tismi necessitate. sed pertinet ad quandam solennitatem. p̄ quam excitatur deuotio fidelium. et impeditur astucia demonis ne impediatur bap̄tismi effectum.

Ad quartū sic proceditur

Videtur q̄ ad bap̄tismus non requiratur aqua simplex. Aqua enim que apud nos est non est aqua pura. quod precipue apparet de aqua maris in qua plurimum admisceatur de terrefactis vt patet per ph̄m̄ in libro metho. et tamen in tali aqua potest fieri bap̄tismus. ergo non requiritur aqua simplex et pura in bap̄tismo. ¶ Res. in solenni celebratio ne bap̄tismi aque infunditur calida. sed hoc videtur impeditur puritatem et simplicitatem bap̄tismi. ergo aqua pura et simplex non requiritur ad bap̄tismus. ¶ Res. aqua fluens de latere christi pendens in cruce. fuit significatiua bap̄tismi vt dictum est. sed aqua illa non videtur fuisse aqua pura. eo q̄ in corpore mixto cuiusmodi fuit corpus christi. non sunt elementa in actu. ergo videtur q̄ non requiratur aqua pura vel simplex ad bap̄tismus. ¶ Res. hircium non videtur esse aqua pura. habet enim contrarias proprietates aque scilicet calefaciendi et desiccandi. Et tamen in hircium videtur posse fieri bap̄tismus. sicut et in aquis balnearum que transeunt per venas sulphureas. sicut et hircium colatur per cineres. ergo videtur q̄ aqua simplex non requiratur ad bap̄tismus. ¶ Res. et

mentalis scilicet minister. qui tradit exterius sacramenti
 ideo oportet in forma baptismi te utrag fieri mentionē
 minister autem tangitur cum dicitur ego te baptizo. cau-
 sa autem principalis in nomine patris et filij et spiritus sancti
 unde hec est cōueniens forma baptismi. ego te baptizo in
 nomine patris et filij et spiritus sancti. **Ad. i.** ergo dō. q
 actio attribuitur instrumento. sicut immediate agenti. at
 tribuitur autem principali agenti sicut in cuius virtute
 instrumentum agit. et ideo in forma baptismi conueniē
 te signatur minister ut exercens actum baptismi. per hoc
 q dicitur ego te baptizo. et ipse dñs actum baptisandi at-
 tribuit ministris dicens baptisantes eos etc. causa autē pri-
 cipalis signatur. ut in cuius virtute sacramentum agitur
 per hoc q dicitur in nomine patris et filij et spiritus sancti
 non enim baptizat xps sine patre et spiritu sancto. **Greca**
 autem non attribuunt actum baptismi ministris. ad eui-
 tandum antiquum errorem. qui virtutem baptismi ba-
 ptizanti attribuebant. dicentes. ego sum paulus. et ego sus-
 cephe etc. et ideo dicunt baptisetur seruus xpi talis etc. tal
 in nomine patris et filij et spiritus sancti quia exprimitur
 actus exercitus per ministrum. cum inuocatione trinitatis
 verum perficitur sacramentū. q aut additur ego in for-
 ma nostra. non est substantia forme. sed ponitur ad ma-
 torem intentionis expressionem. **Ad. ii.** dōm q quia
 ablutio hominis in aqua ppter multa fieri potest. oportet
 q determinetur in verbis forme ad quid fiat. quod qui
 dem non fit per hoc q dicitur in nomine patris et filij et spi-
 ritus sancti. q omnia in tali nomine fecere debemus ut bap-
 tizetur ad Collo. iiij. et ideo si non exprimat actus baptis-
 mi vel per modum nostrum vel per modum grecorum. nō
 perficitur sacramentum sicut illam de ce. alexā. etc. si q
 puerum ter in aquā merlerit in nomine patris et filij et spi-
 ritus sancti amen. et nō diceret ego te baptizo in nomine patris
 et filij et spiritus sancti amen. non est puer baptizatus. **Ad. iii.**
 dōm q verba que proferuntur in formis sacramē
 torum non pronuntiantur solum causa significandi. sicut enā
 causa efficiendi in quantum habent efficaciam ab illo ver-
 bo per quod facta sunt omnia. et ideo conuenienter dicitur
 guntur non solum ad homines. sed etiam ad creaturas in-
 sensibiles. cum dicitur exorcismo te creaturam salis. **Ad. iij.**
 dōm q plures simul non possunt vnum baptizare. q
 actus multiplicatur sicut multiplicatione agentium. si ab
 vnoquoq agatur perfecte. et sic si conuenienter duo quoq
 vnus esset manus qui non posset proferre verba. et aliter
 carens manibus qui non posset exercere actum. non pos-
 sent ambo simul baptizare. vno dicente verba. alio autem
 exercente actum. possunt autem si necessitas exigit plures
 simul baptizari. quia nullus eorum recipiet nisi vnum ba-
 ptismum. sed tunc oportebit dicere ego baptizo vos. nec
 erit mutatio forme. quia vos nihil aliud est nisi te et te. q
 autem dicitur nos. non est idem quod ego et ego. sed ego
 et tu. et sic iam mutatur forma. sicut si diceretur ego me
 baptizo. et ideo nullus baptizare potest seipm ppter quod
 etiam christus voluit a iohanne baptizari ut dicitur extra
 de bap. et eius effectu. c. de bitum. **Ad. v.** dōm q passio
 xpi et sit principalis causa respectu minister. est tñ causa in-
 strumentalis respectu sancte trinitatis. et ideo potius com-
 memoratur trinitas q passio xpi. **Ad. vi.** dōm. q et si
 sint tria noia personarum trinitatis. est tñ vnum nomē
 essenziale. videlicet autem diuina que operatur in baptismo
 ad efficientiam pertinet. et ideo dicitur in nomine patris et
 non in noibus. **Ad. viij.** dicendum q sicut aqua tu

mitur ad baptismum. quia eius solus est cōmunior ad ab-
 luendum. ita ad significandum tres personas. in forma
 baptismi assumuntur illa nomina quibus conuenienter
 conlueuerunt nominari persone in illa lingua. nec in aliq
 nominibus perficitur sacramentum.

Ad sextum sic proceditur

Uideretur q in nomine christi possit dari baptismus. **Si**
 cut enim vna est fides ita et vnum est baptismus. ut dicit
 ad Ephe. iij. sed **Actus.** viij. dicitur q in nomine iesu
 christi baptisabantur viri et mulieres. ergo etiam nunc po-
 test dari baptismus in nomine christi. **Pre. Ambro.**
 dicit si christum dicas et patrem a quo vnctus est et ipm
 qui vnctus est filium et spiritum sanctum quo vnctus est
 designat. sed in nomine trium potest fieri baptismus. q
 et in nomine christi. **Pre. nicolaus** papa ad cōsulta sul-
 ganorum respondens dicit qui in nomine sancte trinitatis
 vel tantum in nomine christi. sicut in actibus aposto-
 lorum legitur baptizari sumus. vnum quippe idemq ē
 ut sanctus ait ambrosius rebaptizari non debent. **Reba-**
 ptizarentur autem in hac forma baptizari non recipe-
 rent sacramentum baptismi. ergo potest consecrari bap-
 tismus in nomine christi sub hac forma ego te baptizo in nomine
 christi. **Sed** cōtra est quod pelagius papa scribit gau-
 denio episcopo. si hij qui in locis dilectionis tue vicinis
 cōmorari dicuntur se solummodo in nomine domini bap-
 tizatos fuisse confitentur. sine cuiusq dubitatione am-
 biguo eos ad fidem catholicam venientes in sancte trini-
 tatis nomine baptizabis. **Didimus** etiam dicit in libro
 de spiritu sancto. licet quis possit existere mentis aliene q
 ita baptizaret. ut vnum de predictis nominibus scilicet
 trium personarum pretermittat sine perfectione baptiza-
 tur. **Ad. iij.** dōm q licet supra dictum est sacramenta ha-
 bent efficaciam ab institutione christi. et ideo si pretermittit
 tur aliquid eorum que christus instituit circa aliquod
 sacramentum efficaciam caret. nisi ex speciali dispensatione
 eius qui virtutem suam sacramentis non alligauit. **Christus**
 autem instituit sacramentum baptismi dari cum in-
 uocatione trinitatis. et ideo quicquid vellet ad inuocatio-
 nem plenam trinitatis tollit integritatem baptismi. **Nec**
 obstat q in nomine vnus persone intelligitur alia. sicut
 in nomine patris intelligitur filius. aut q ille qui nomi-
 nat vnā solam personam potest habere rectam fidem de
 tribus. quia ad sacramentum sicut requiritur materia sen-
 sibilis. ita et forma sensibilis. unde non sufficit intellectus
 vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti. nisi sensu-
 bilibus verbis trinitas exprimat. unde et in baptismo
 christi ubi fuit origo sanctificationis nostri baptismi. af-
 fuit trinitas sensibilibus signis. scilicet pater in voce. filius
 in humana natura. spiritus sanctus in columba. **Ad. iij.**
 dicendum q ex speciali christi reuelatione apostoli in pri-
 mitiua ecclesia in nomine christi baptizabat. ut nomen
 christi quod erat odiosum iudeis et gentibus honorabi-
 le redderetur. per hoc quod ad eius inuocationem spūs
 sanctus dabatur in baptismo. **Ad. iij.** dicendum q am-
 bro. assignat rationem quare conuenienter talis dispen-
 satio fieri potuit in primitiua ecclesia. quia scilicet in no-
 mine christi tota trinitas intelligitur. et ideo seruabatur
 ad minus cū integritate intelligibili forma. quā christus
 tradidit in euangelio. **Ad. iij.** dōm q nicolaus papa
 dicit suum confiteri ex duobus pmissis. et id eius re-
 sponso ppx pmissis duabus iurationibus.

Ad septimū sic proceditur

Uidetur q̄ inersio in aquam sit de necessitate bapnismi. Sicut enim dicitur ad Heb. iij. vna fides vnum bapnisma. sed apud multos comunis modus bapnismi est p̄ immersionem. ergo videtur q̄ non possit esse bapnismus sine immersione. ¶ Pre. Ap̄t̄olus dicit ad Roma. vi. quicumq̄ bapnisi sumus in christo iesu in morte ipsius bapnisi sumus. et sepulti eni sumus cū illo per bapnismū in mortem. sed hoc fit per immersionem. dicit eni C̄n̄s. super illud Job. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et sp̄ritu sancto. sicut in quodam sepulcro in aqua submergens nobis capita vetus homo sepelitur. et submersus deorsum occultatur. deinde nouus rursus ascendit. ergo videtur q̄ inersio sit de necessitate bapnismi. ¶ Pre. si sine immersione totius corporis potest fieri bapnismus sequitur q̄ pari ratione sufficeret quamlibet partem aq̄ perfundi. sed hoc videtur incōueniens. quia originale peccatum contra quod precipue datur bapnismus non est in vna t̄m̄ corporis parte. ergo videtur q̄ requiratur immersio ad bapnismū et non sufficit sola aspersio. ¶ Sed cōtra est quod ad Heb. x. dicitur accedamus ad eū v̄ro corde in plenitudine fidei. aspersi per corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda. ¶ R̄n̄. d̄m̄ q̄ aqua assumitur in sacramento bapnismi ad v̄lum abluionis corporalis per quam significatur interior ablutio peccatorum. ablutio aut̄ fieri potest per aquam. non solum per modum immersionis. sed etiam per modum aspersionis vel effusionis. et iō quibus r̄tius sit bapnizare per modum immersionis q̄ hoc habet cōmunior v̄lus. potest t̄m̄ fieri bapnismus per modum aspersionis vel etiam per modum effusionis. s̄m̄ illud ezech. xxxvi. effundam super vos aquam mundam. sicut et beatus laurentius legitur bapnasse. et hoc precipue p̄pter necessitatem. vel quia est magna multitudo bapnizandorum. sicut patet actu. ij. et. iij. vbi dicitur q̄ crediderunt vna die trinitas milia. et alia die quinq̄ milia. Quandoq̄ aut̄ potest iminerere necessitas propter paucitatem aque vel propter debilitatem ministri qui non potest sustentare bapnizandū vel propter debilitatem bapnizandi. cui posset iminerere periculum mortis ex immersione. et ideo d̄m̄ est q̄ immersio non est de bapnismi necessitate. ¶ Ad. i. ergo d̄m̄ q̄ ea que sunt per accidens non variant rei substantiam. per se autem requiritur ad bapnismū corporalis ablutio per aquam. vnde et bapnismus lauacrum nominatur. s̄m̄ illud ad Ep̄t̄. v. mundans eam lauacro aque. in verbo vite. Sed quod fiat ablutio hoc vel illo modo accidit bapnismo. et ita talis diuersitas non tollit vnitatem bapnismi.

¶ Ad. ij. dicendum q̄ in immersione expressius representatur figura sepulture christi. et ideo hic modus bapnizandi est cōmunior et laudabilior. sed in alijs modis bapnizandi representat aliquo modo. licet non ita expresse. nā quous modo fiat ablutio corpus hominis vel aliqua pars eius que supponitur. sicut corpus x̄pi fuit positū sub terra. ¶ Ad. iij. d̄m̄ q̄ principalis pars corporis precipue quārum ad exteriora membra est caput. in quo viget omnes sensus interiores et exteriores. et ideo si totū corpus aqua non possit perfundi propter aque paucitatem vel propter aliquam aliam causam oportet caput perfundere in quo manifestatur principium vite animalis. et licet per membra que generationi deseruiunt peccatum originale traducitur non t̄m̄ sunt membra illa potius asp̄genda q̄ caput quia per bapnismū non tollitur transmissio originalis in

prolem per actum generationis. sed liberatur anima a macula et reatu peccati quod incurrit. et ideo debet precipue leuari illa pars corporis in qua manifestatur anime op̄a. In veteri t̄m̄ lege remedium contra originale peccatū institutum erat in membro generationis. quia adhuc ille per quod originale erat amouendum nasciturus erat ex semine abrae cuius fidem circumcisio significabatur dicitur ad Roma. iij.

Ad octauū sic proceditur

Uidetur q̄ trina immersio sit de necessitate bapnismi. Dicit enim Aug. in quodam sermone de simbolo ad bapnizatos. recte tertio mersi estis. quia accepistis bapnismum in nomine trinitatis. recte tertio mersi estis quia accepistis bapnismum in nomine iesu x̄pi qui tertia die resurrexit a mortuis. illa enim tertio rep̄ta immersio v̄p̄m̄ officie exprimit sepulture. per quam x̄po consepulti estis in bapnismo. Sed v̄tr̄q̄ videtur ad bapnismi necessitatem pertinere. scilicet q̄ significetur in bapnismo trinitas personarum. et q̄ fiat configuratio ad sepulturam x̄pi. ergo videtur q̄ trina immersio sit de necessitate bapnismi. ¶ Pre. sacramenta ex mandato christi efficaciaz habent. h̄ trina immersio ē ex m̄dato christi scripsit eni pelagius papa gaudentino ep̄o euangelicum preceptum ip̄o d̄no deo et saluatore nostro tradente nos ammonet. in nomine trinitatis trina immersione sanctus bapnismus v̄nicuiq̄ tribuere. ergo sicut bapnizare in nomine trinitatis est de necessitate bapnismi. ita bapnizare trina immersione videtur esse de bapnismi uecessitate. ¶ Pre. si trina immersio nō sit de bapnismi uecessitate. videtur ergo q̄ ad primam immersionem consequitur sacramentum. si v̄ro addat secundam vel tertiam videt q̄ secundo vel tertio bapnizetur q̄d est incōueniens. non ergo vna immersio sufficit ad sacramentum bapnismi. sed trina videtur esse de ip̄ius uecessitate. ¶ Sed contra est quod Greg. scribit leandro ep̄o. reprobabile nullatenus esse potest. infantem in bapnizate vel tertio vel semel immergere. q̄m̄ et in tribus immersionibus personarum trinitas et in vna potest diuinitas singularitas designari. ¶ R̄n̄. d̄m̄ q̄ sicut prius dictum est ad bapnismū per se requiritur ablutio aque. que est de sacramenti uecessitate. modus aut̄ abluionis per accidens se habet ad sacramentū. et ideo sicut ex predicta auctoritate greg. patet quantum est de se v̄tr̄q̄ licite fieri potest. et semel et ter immergere q̄ vna immersione significatur v̄nitas mortis x̄pi. et v̄nitas diuinitatis. per trina aut̄ immersionem significat triduum sepulture x̄pi. et trinitas personarum. Sed diuersis ex causis s̄m̄ ordinationē ecclesie quib̄ institutus est vnus modus. quib̄ alijs. quis eni in principio nascentis ecclesie. quidam de trinitate male sentiebant. x̄pm̄ purum hominem estimantes. nec dici filium dei nec deum. nisi per meritum eius quod precipue fuit in morte eius. ideo non bapnizabant in nomine trinitatis. sed in cōmemoratione passionis x̄pi. et vna immersione. quod reprobatur in primitiua ecclesia. vnde in canonicis ap̄t̄oloz legitur si quis presbyter aut ep̄s non trinam immersionem vnus miserit. sed semel immergat in bapnizate quod datur a quibusdam in morte d̄ni dicitur reponatur. non eni nobis dixit d̄ns in morte mea bapnizate. sed in nomine patris et filij et sp̄s sancti. Post modum v̄ro inoleuit quorundam scismaticoz error homines bapnizantium. sicut donatius. Aug. narrat super iob bannem. et ideo in reuocationem errorum eorum fuit sta

ritum in consilio tolerano qd fieret vna sola immersio vbi sic legitur. ppter vitandum scismatic scandaluz vel heretici dogmatis vsu. simplam teneamus immersionem Sed cetera tali causa comuiter obseruata in baptismo trina immersio. et ideo grauius peccaret aliter baptisana quasi ritum ecclesie non obseruans. nihilominus in esse baptismus. Ad. i. ergo dicendum qd trinitas est sicut agens principale in baptismo. similitudo aut agentis. puenit ad effectum fm formam. et non fm materiam. et ideo significatio trinitatis fit in baptismo per verba forme. nec est de necessitate qd significetur trinitas per vsu materie sed hoc fit ad maiorem expressionem. Similiter etiam mors xpi figuratur sufficienter in vnicuius immersione. Triduum aut sepulture non est de necessitate nostre salutis. qz etia si vna die fuisset sepultus vel mortuus suffecisset ad pfiaciendam nostram redemptionem. sed triduum illud ordiatur ad manifestandam veritatem mortis vt supra dictum est. et ideo p qd trina immersio nec ex parte trinitatis nec ex parte passionis christi est de necessitate sacramenti. Ad. ii. vdm qd pelagius papa intelligit trinitatem immersionem esse ex mandato xpi in suo simili. in hoc scz qd christus precepit baptizare in nomine patris et filij et spiritus sancti non in est similis ratio de forma et vsu materie vt dictum est. Ad. iii. vdm qd sicut supra dictum est intentio requirit ad baptismum et ideo ex intentione ministri ecclesie qui intendit vnum baptismum dare trina immersione efficit vnum baptismum. vnde biero. dicit in epistola ad phil. licet ter baptizetur id est immergatur per misterium trinitatis in vnum baptismum reputatur. si vero intendet p vnam quaqz immersionem vnum baptismum dare ad singulas immersiones repetens verba forme peccaret. quantum de se est pluries baptisans.

Ad nonuz sic proceditur

videtur qd baptismus possit iterari. Baptismus enim videtur institutus ad ablutionem peccatorum sed peccata iterantur. ergo multo magis baptismus debet iterari. quia misericordia christi transgreditur hominis culpam. Pre. iohannes baptista precipue fuit a christo committens datus cum de eo dictum sit Matt. xi. inter natos mulierum non surrexit etc. Sed baptisati a iohanne iterum baptizabantur vt habetur Actuum. xix. vbi dicitur qd paulus baptizauit eos qui erant baptisati baptismo iohannis. ergo multo magis illi qui sunt baptisati ab hereticis vel peccatoribus sunt rebaptizandi. Pre. in niceno concilio statutum est. si quis confugerat ad ecclesiam catholicam de paulianistis et de catharisticis baptizare eos debere. videtur aut eadez esse ratio de alijs hereticis. ergo baptisati ab hereticis debent rebaptizari. Pre. baptismus est necessarius ad salutem. sed de quibusdam baptizatis aliquando dubitatur an sint baptisati. ergo videtur qd debeant iterum baptizari. Pre. sacramentum eucharistie est perfectius sacramentum quam baptismus vt supra dictum est. scz sacramentum eucharistie iteratur. ergo multo magis baptismus iterari potest. Sed contra est quod dicitur ad Ephe. iij. vna fides vnum baptismum. Rñ. vdm qd baptismus iterari non potest. Primo quidem qd baptismus est quedam spiritualis regeneratio. put scz aliquis moritur veteri vite. et incipit nouam vitam agere vnd dicit Job. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non potest videre regnum dei. vnius aut non est nisi vna generatio. et ideo non potest baptismus iterari sicut nec car-

nalis generatio. vnde Aug. dicit super illud Job. iij. nisi quid potest in ventrem matris iterari introire et renasci. sic tu inquit intellige naturam spiritus quomodo in reuoluit nicodemus naturam carnis. quod enim veteris non potest repeti sic nec baptismus. Secundo quia in morte xpi baptisamur per quam peccato morimur et reuigimur in nouitatem vite. xps autem semel tantum mortuus est. et ideo nec baptismus iterari debet ppter quod ad Heb. vi. contra quosdam rebaptizari volentes dicitur rursum crucifigentes sibi in ipis filium dei. vbi glosa dicit vna xpi mors vnum baptismum consecrauit. Tertio quia baptismus imprimit caracterem qui est indelebilis. et cum quadam consecratione datur. vnde sicut alie consecrationes non iterantur in ecclesia ita nec baptismus. et hoc est quod August. dicit in. ij. contra epistolam perueniant. qd caracter militans non repetitur. et qd non minus habet sacramentum xpi. quam corporalis hęc nota. cum videamus nec apostatas carere baptismate. qui vtriusqz p penitentiam redeuntibus non restituitur. Quarto quia baptismus principaliter datur contra originale peccatum. et ideo sicut originale peccatum non iteratur. ita nec etiam baptismus iteratur. qz vt dicitur ad Ro. v. sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem licet per vnus iustitiam in oēs homines in iustificationem vite. Ad. i. ergo vdm qd baptismus operatur in virtute passionis xpi licet supra dictum est. et ideo sicut peccata sequentia virtutem passionis christi non auferunt. ita etiam non auferunt baptismum vt necesse sit ipm iterari. sed penitentia inuenire tollit peccatum. quod impediēbat baptismi effectum. Ad. ii. vdm qd sicut dicit Aug. super illud Job. i. sed ego nesciebam eum ecce post iohannem baptisatus est. post homicidam non est baptisatus. quia iohannes dedit baptismum suum. homicida dedit baptismum xpi. quia sacramentum tam sanctum est vt nec homicida ministrante polluitur. Ad. iii. vdm qd pauliani et catharisticis non baptizabant in nomine trinitatis. vnde Grego. dicit scilicet bens guidino episcopo. bi heretici qui in nomine trinitatis minime baptizantur sicut sunt bonosiani et catharisticis quasi scilicet idem sentiebant eum paulianis. quia et isti xpm non credunt. estimantes scz xpm purum esse hominem et isti scilicet catharisticis spiritum sanctum peruerso sensu esse purum hominem monitum scilicet credunt. qui cum ad ecclesiam sanctam venerint baptizantur. quia baptismum non fuit. quia in errore positi sancte trinitatis nomine minime perceperunt. Sed sicut in regulis ecclesiasticis dicitur. si qui apud illos hereticos baptisati sunt qui in sancte trinitatis confessione baptizant. et veniunt ad catholicam fidem. recipiuntur vt baptisati. Ad. iij. vdm qd sicut alexander tertius dicit de quibus dubium est an baptisati sunt baptisati his verbis premissis. si baptisatus es. ego te non baptizo. si nondum baptisatus es ego te baptizo. non enim videtur iterari. quia nescitur esse factum. Ad. v. vdm qd vtriusqz sacramentum scilicet baptismum et eucharistie est representatiuum mortis et passionis dominice aliter tamen et aliter. nam in baptismo commemoratur mors xpi in quantum homo christo commoritur. vt in nouam vitam regeneretur. sed in sacramento eucharistie commemoratur mors christi. in quantum ipse christus passus exhibetur nobis quasi pascale conuiuium. fm illud. i. Cor. v. pascha nostrum immolatus est christus itaqz epulemur. et quia semel nascitur multotiens autem cibatur semel tantum baptismum datur multotiens autem eucharistia.

Ad decimum sic procedit

Uidetur q non sit conueniens ritus quo ecclesia vtitur in baptizando. vt enim **Erif.** dicit nunq aque baptismales credenti peccata purgare possent. nisi tactu dominici corporis sanctificare fuissent. Hoc autem factum fuit in baptismo christi qui celebrat in festo eptie. ergo magis deberet celebrari solennis baptismus in festo eptie. quā in vigilia pasce & in vigilia pentecostes. **¶ Pre.** ad idz sacramentum non videtur pertinere diuersatum materia in vsus. sed ad baptismum pertinet ablutio aque. in cōueniēter ergo ille qui baptizatur bis inungit oleo sancto primū in pectore. & inde inter scapulas. tertio crismare in vertice. **¶ Pre.** in christo iesu non est masculus neq; femina. barbarus & scita. & eadem ratione nec alique alie hmoi differentie. multo ergo minus diuersitas vestium operatur aliquid in fide christi. inconuenienter ergo baptizans traditur candida vestis. **¶ Pre.** sine huiusmodi obseruantijs potest baptismus celebrari. Nec ergo que dicta sunt videntur esse superflua. & ita inconuenienter ab ecclesia instituta esse in ritu baptismi. **¶ Sed** contra est q ecclesia regitur spiritu sancto qui nihil inordinari operatur. **¶ Rñ.** dicendū q in sacramento baptismi aliqd agitur quod est de sacramenti necessitate. & aliquid est qd ad quandam sollemnitate sacramenti pertinet. Bene & cessitate quidem sacramenti est & forma que designat pncipalem causam sacramenti. & minister qui est causa instrumentalis. & vsus materie scilicet ablutio in aqua. que designat pncipalem sacramenti effectum. Cetera vero oia que in ritu baptizandi ecclesia obseruat. magis pertinent ad quandam sollemnitate sacramenti. que quidez adhibentur sacramento propter tria. **¶ Primo** ad excitandam deuotionem fidelium & reuerentiam ad sacramentum. si enim simpliciter fieret ablutio in aqua absq; sollemnitate de facili ab aliquibus estimaretur quasi quedaz cōmuni ablutio. **¶ Secundo** ad fidelium instructionem. simplices enim qui literis non erudiuntur oportet erudiri per alia quā sensibilia signa pura per picturas & aliquid huiusmodi. & per hunc modum per ea que in sacramentis aguntur vel intriuntur vel sollicitantur ad querenduz de his que per hmoi sensibilia significantur. & ideo quia preter pncipalem sacramenti effectum. oportet quedam alia scire circa baptismum conueniens fuit vt etiam quibusdam exterioribus signis representaretur. **¶ Tertio** quia per operationes & benedictiones & alia huiusmodi cohibetur vis demonis. ab impedimento sacramentalis effectus. **¶ Ad** i. ergo ddm q xps in epiphania baptizatus est baptismo iohannis. vt supra dictum est. quo quidem baptismo nō baptizantur fideles. sed potius baptismo christi qui quidem habet efficaciam ex passione christi sicut illud ad **Ro.** v. quicunq; baptizati sumus in christo iesu in morte ipi baptizati sumus. & ex spiritu sancto sicut illud **iob.** iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. & ideo solennis baptismus agitur in ecclesia etiam in vigilia pasce. quando fit commemoratio dominice sepulture & resurrectionis eius. propter quod & dominus post resurrectionē preceptum de baptismo discipulis dedit vt haberet mar. vlti. et in vigilia pentecostes quando incipit celebrari sollemnitas spiritus sancti. vnde & apostoli leguntur ipso die pentecostes q spiritum sanctū receperunt ita in uia baptizasse. **¶ Ad** ij. ddm q vsus aque adhibetur in baptismo quasi pertinens ad substantiam sacramenti. sed vsus

olei vel crismatis adhibetur ad quandam sollemnitate. nam primo baptizandus inungitur oleo sancto & in pectore & in scapulis. quasi athleta dei sicut **Ambros.** dicit de sacramentis sicut pugiles inungi consueuerunt. **¶ Vel** sic **Inno.** dicit in quadam decre. de sancta vnctione baptizandus in pectore inungitur. vt spiritus sancti donum recipiat. errorem abijciat. & ignorantiam. & fidem rectam suscipiat. quia iustus ex fide uiuit. **¶ Inter** scapulas autem inungitur. vt spiritus sancti gratiam induat negligentia exuat & torporem & bonam operationem exerceat vt per fidei sacramentum sit mundicia cogitationum in pectore. & fortitudo laborum in scapulis. **¶ Post** baptismum vero vt **banus** dicit sicut signatur in cerebro a presbytero cum sacro crismate. sequente simul & oratione. vt christi regno particeps fiat & a christo christianus possit nominari. **¶ Vel** sicut **Ambros.** dicit vngentur in su per caput effunditur. qz sapientis sensus super caput eius. vt scz sit paratus omni petenti de fide reddere rationem. **¶ Ad** iij. ddm q vestis illa candida traditur baptizato. non quidem ea ratione q non liceat ei alijs vestibus vti. sed in signum gloriose resurrectionis. ad quam homines per baptismum regenerantur. & ad designandum puritatem vite quam post baptismum debent obseruare. sicut illud ad **Ro.** vi. in nouitate vite ambulemus. **¶ Ad** iij. dicendum q ea que pertinent ad sollemnitate sacramenti & si non sint de sacramenti necessitate. non tñ superflua sunt quia sunt ad bene esse sacramenti vt supra dictum est.

Ad undecimū sic procedit

Uidetur q inconuenienter describantur tria baptismata scilicet aque sanguinis & flammis scilicet spiritus sancti. qm apostolus dicit ad **Ephe.** iij. vna fides vnum baptismata. sed non est nisi vna fides. ergo non debent esse tria baptismata. **¶ Pre.** baptismus est quoddam sacramentuz vt ex supra dictis patet. sed soluz baptismus aque est sacramentum vt ex supra dictis patet. ergo non debent poni alij duo baptismi. **¶ Pre.** dñi. dicit in iij. libro de terminat plura alia genera baptismatum. non ergo solū debent poni tria baptismata. **¶ Sed** contra est q super illud **Deb.** vi. baptismatum doctrine glo. plaliet dicit. quia est baptismus aque penitentie & sanguis. **¶ Rñ.** ddm q sicut dictum est baptismus aque efficaciam habet a passione christi. cui aliquis configuratur per baptismū & vltimus sicut a prima causa s spiritus sancto. licet autem effectus dependeat a prima causa. causa tamen supercedit effectum. nec dependet ab effectu. & ideo preter baptismū aque potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione christi in quantum quis ei confirmatur pro christo pariendo. vnde dicitur **apoc.** viij. hi sunt qui venerunt d magna tribulatione. & lauerunt stolas suas. & veibaauerunt eas in sanguine agni. Eadem ratione aliquis per vritutem spiritus sancti consequitur effectum baptismi. non solum sine baptismū aque sed etiam sine baptismū sanguinis in quantum scilicet aliquis cor per spiritus sanctum mouetur ad credendum & diligendum deuz & penitendū de peccatis. vnde etia dicitur baptismus penitentie. & de hoc dicit **Esa.** iij. si abluerit dñs sordes hiey syon. & sanguinem iherusalem lauerit de medio eius & spiritu iudicij & spiritus ardoris. Sic ergo vtrūq; alioz baptismatum nominatur baptismus. in quantum supplet vicem baptismi. vnde dicit **Aug.** in iij. lib. de vnico baptismo paruulorū baptismi vicem aliquando implere passionem de latrone

Allo cui non baptisato dicitur est hodie mecum eris in pado. beatus cyprianus non leue documentum assumit, quod etiam considerans inuenio non quoniam passionem pro note christi idem quod baptisato de erat posse supplere. sed etiam hodie conuersionem cordis si forte ad celebrandum misteria baptismi in angustijs spiritum succurri non potest. Ad. i. g. d. d. quod alia duo baptismata. includuntur in baptismate aque qui efficaciam habet ex passione christi et ex spiritu sancto. et ideo per hoc non tollitur unitas baptismatis. Ad. ij. d. d. m. quod sicut supra dicitur est sacramentum habet rationes signi. alia pro duo conueniunt cum baptismate aque. non quidem quantum ad rationem signi. sed quantum ad effectum baptismatis. et ideo non sunt sacramenta. Ad. iij. d. d. m. quod dicitur quedam baptismata figurata. sicut diluuium. quod fuit signum nostri baptismi. quantum ad saluationem filii dei in ecclesia sicut tunc paucis ante saluati facti sunt in archa. ut dicitur. i. pet. iij. Nonne etiam transitum maris rubri. qui signat nostrum baptismum quantum ad liberationem a seruitute peccati. unde aplos. i. cor. x. omnes baptizati sunt in nube vel in mari. Nonne etiam ablutiones diuersas que fiebant in veteri lege. prefigurantes nostrum baptismum. quantum ad purgationem peccatorum. Nonne etiam baptismum iohannis qui fuit preparatorius ad nostrum baptismum.

Ad duodecimum sic procedit

Videtur quod baptismus sanguinis non sit potissimus inter tria predicta baptismata. Baptismus enim aque impartit characterem quod quidem baptismus sanguinis non facit. Baptismus sanguinis non est potior quam baptismus aque. Pre baptismus sanguinis non valet sine baptismate flammis qui est per caritatem. de enim. i. cor. xij. si tradidero corpus meum ut ardeam. caritatem autem non habuerit nihil mihi prodest. sed baptismus flammis valet sine baptismate sanguinis. non enim solum martires saluantur. sed baptismus sanguinis non est potissimus. Pre. sicut baptismus aque habet efficaciam a passione christi. cui secundum predicta respondet baptismus sanguinis. ita passio christi efficaciam habet a spiritu sancto. secundum illud ad hebr. ix. sanguis christi qui per spiritum sanctum obruit semetipsum pro nobis. et mundauit conscientias nostras ab operibus mortuis etc. ergo baptismus flammis potior est quam baptismus sanguinis. non ergo baptismus sanguinis est potissimus. Sed contra est quod Augustinus ad fortunatum loquens de comparatione baptismati dicit. baptisatus confiteatur fidem suam coram sacerdote. martir coram persecutore. ille per confessionem suam aspergitur aqua. ille sanguine. ille per impositionem manus pontificis recipit spiritum sanctum. hic templum efficitur spiritus sancti. Ad. d. d. m. quod sicut dicitur est effusio sanguinis pro christo. et operatio interior spiritus sancti dicitur baptismata. in quantum efficiunt effectum baptismi aque baptismus autem aque efficaciam habet a passione christi. et a spiritu sancto ut dicitur est. que quidem due cause operantur in quolibet hominum baptismatu. excellentissime autem in baptismate sanguinis nam passio christi operatur quidem in baptismate aque per quandam figuralem representationem. in baptismate autem flammis vel penitentie per quandam affectionem. sed in baptismate sanguinis per imitationem operis. Sicut etiam virtus spiritus sancti operatur in baptismate aque. per quandam virtutem latentem. in baptismate autem penitentie per cordis commotionem. sed in baptismate sanguinis per potissimum dilectionis et affectionis feruorem. secundum illud Job. xv. maiorem hanc dilectionem nemo habet ut aiaz sua ponat quis pro amicis suis. Ad. i. ergo d. d. m. quod character

est res et sacramentum. non autem dicimus quod baptismus sanguinis preeminentiā habeat secundum rationem sacramenti. sed quantum ad sacramenti effectum. Ad. ij. d. d. m. quod effusio sanguinis non habet rationem baptismi si sit sine caritate. et quod per quod baptismus sanguinis includit baptismum flammis et non e conuerso. unde ex hoc probatur perfectior. Ad. iij. d. d. m. quod baptismus sanguinis preeminentiā habet non solum ex parte passionis christi. sed etiam ex parte spiritus sancti ut dicitur est

Questio LXVII

Deinde considerandum

est de ministris per quos sacramentum baptismi traditur. et circa hoc queruntur octo. Primo utrum ad diaconum pertineat baptizare. Secundo utrum pertineat ad presbyterum vel solum episcopum. Tertio utrum laicus possit sacramentum baptismi conferre. Quarto utrum hoc facere possit mulier. Quinto utrum non baptizatus possit baptizare. Sexto utrum simul plures possint baptizare unum et eundem. Septimo utrum necesse sit aliquem esse qui baptizatum de sacra fonte recipiat. Octavo utrum suscipiens aliquem de sacro fonte obligetur ad eius instructionem.

Ad primum sic proceditur

Videtur quod ad officium diaconi pertineat baptizare. Sicut enim iniungitur a domino officium baptizandi et predicandi. secundum illud Mat. x. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos etc. sed ad officium diaconi pertinet euangelizare. ergo videtur quod ad officium diaconi pertineat baptizare. Pre. secundum Dionysium. v. c. c. hierarch. purgare pertinet ad officium diaconi. sed purgare a peccatis maxime fit per baptismum. secundum illud ad eph. v. mundans eam lauacro aque in verbo vite. ergo videtur quod baptizare pertineat ad diaconum. Pre. de beato laurentio legitur quod cum ipse esset diaconus plures baptizabat. ergo videtur quod ad diaconum pertineat baptizare. Sed contra est quod geladius papa dicit et habetur in decre. lxxix. dist. diacones propriam constituimus obseruare menturam. et infra abscis episcopo vel presbytero baptizare non audeant. nisi predictis ordinibus longe constitutis necessitas extrema compellat. Respondeo. dicendum quod sicut celestium ordinum proprietates et eorum officia. ex eorum nominibus accipiuntur. ut Dionysius. v. c. c. hierarch. ita etiam ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest quid ad unumquemque pertineat ordinem. dicuntur autem diacones quasi ministri. quia videlicet ad diaconos non pertinet aliquod sacramentum principaliter et quasi ex proprio officio prebere. sed ministerium adhibere alijs maioribus in sacramentorum exhibitione. et sic ad diaconum non pertinet quasi ex proprio officio tradere baptismum sacramentum. si in collatione huiusmodi sacramenti. et alijs assistere et ministrare maioribus. unde Isidorus dicit ad diaconum pertinet assistere et ministrare maioribus sacerdotibus in omnibus que aguntur in sacramentis. in baptismate scilicet. crismate. in patena. et calice. Ad. i. ergo dicendum quod ad diaconum pertinet recitare euangelium in ecclesia. et predicare ipsum postmodum cathedris. unde Dionysius dicit quod diaconi sunt officium super imundos inter quos ponit carcerum. Sed docere id est exponere euangelium. pertinet proprie ad episcopum cuius actus est predicare secundum Dionysium. v. c. c. hier. predicare autem id est est quod docere. unde non sequitur quod ad diaconos pertineat

officium baptisandi. **¶** Ad. ij. dō. q̄ sicut Diony. dicit v. ca. eccle. bterat. baptismus non solum habet vim purgatiuam. sed etiam illuminatiuam virtutez. ⁊ ideo excedit officium diaconi ad quem pertinet solum purgare. s. vel repellendo immundos. vel disponend o eos ad sacramēti perceptionem. **¶** Ad. iij. dō. q̄ quia baptismus est sacramentum necessitatis permittitur diaconibus necessitate urgente in absentia maiorum baptisare. licet pater ex auctoritate gelasij supra inducta. ⁊ hoc modo beatus laurentius diaconus existens baptisauit.

¶ Ad secundū sic procedit

¶ Videt q̄ baptisare non pertineat ad officium presbyterorum sed solum episcopoz. quia sicut dictum est sub eodem precepto Martini vlti. In iungit officium baptisandi ⁊ docendi. sed docere qd̄ est perficere pertinet ad officium episcopi vt patet per Diony. v. ⁊ vi. ca. eccle. bterat. ergo ⁊ baptisare pertinet tantum ad officium epi. **¶** Pre. Per baptismum annuerat aliquis populo christiano qd̄ quidem videt ad officium solius principis pertinere. sed principatum in ecclesia tenēt episcopi vt dicit in glo. Luce. x. Qui etiam tenent locum apostolorū de quibz dicitur in psal. Constitues eos principes super omnem terram. ḡ videt q̄ baptisare pertineat solum ad episcopum. **¶** Pre. Ido. dicit ad episcopum pertinet basilicatum consecratio. vinctio altaris. ⁊ consecratio crismatis. ipse ordines ecclesie distribuit. ⁊ sacras virgines benedicit. sed his omnibz maius est sacramentum baptismi. ḡ videtur q̄ multo magis ad officium solius episcopi pertinet baptisare. **¶** Sed contra est qd̄ ysid. dicit q̄ in libro de offi. constitat baptismus solis sacerdotibz esse pmissum. **¶** Responso dicendum q̄ sacerdotes ad hoc consecrantur vt sacramentum corporis christi conficiant sicut supra dictum ē. illud autem est sacramentum ecclesiastice vnitatis. s̄m illud apostoli. i. Loz. x. Cuius panis ⁊ vnum corpus multiplicamus per baptismum autē aliquis sit particeps ecclesiastice vnitatis. vnde accipit ius accedendi ad mensam domini. ⁊ ideo sicut ad sacerdotem pertinet cōsecrare eius charitatem ad qd̄ principaliter sacerdotium ordinatur ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptisare. eiusdem enim videt operari totum. ⁊ partes in toto disponere. **¶** Ad. i. ergo dō. q̄ vtrunq̄ officium scz docendi ⁊ baptisandi dominus apostolis quozum vicem gerunt episcopi iniunxit aliter tamen ⁊ aliter. Nam officium docendi p̄misit eis christus vt ipsi per se illud exercerent tanq̄ principalissimum. vnde ⁊ ipsi apostoli dixerunt Actuz vi. Non est equum nos derelinquere verbum dei ⁊ ministrare mensis. Officium autē baptisandi p̄misit apostolis vt per alios exercendum. vñ ⁊ Apostolus dicit. i. Loz. i. Non misit me christus baptisare sed euangelizare. Et hoc ideo quia in baptisando nihil operatur minister et presentia ministri. sicut in docendo. vt patet ex supradictis. In cuius etiam signum nec ipse dominus baptisauit s̄ discipuli eius. vt dicitur Iohannis. iij. Nec tamen p̄ hoc excludit quin epi possint baptisare. qz qd̄ potest potestas inferior potest ⁊ superior. vñ et Apo. ibidez dicit se quosdam baptisasse. **¶** Ad. ij. dō. q̄ in qualibet re publica ea que sunt minora pertinet ad minora officia. maiora vero maioribz referunt. vt s̄m illud Exodi. xvij. Quicqd̄ maius fuerit referat ad te. ⁊ ipsi minō minora iudicent. ⁊ id ad minores principes ciuitatis pertinet disponere ea q̄

pertinent ad maiores ciuitatis. p̄ baptismus autē non ad ipse aliquis nisi infimum gradum in ipso christiano. et id baptizare pertinet ad minores principes ecclesie. i. presbyteros. qui tenent locum septuaginta duozum discipuloz christi. vt glo. dicit Luce. x. **¶** Ad. iij. dō. q̄ sicut supra dictum est. sacramentum baptismi est potissimum necessitate. sed q̄ritum ad perfectionem sunt quedam alia potiora. q̄ episcopis referuntur.

¶ Ad tertium sic proceditur

¶ Videt q̄ laicus baptisare non possit. Baptizare enim sicut dictum est p̄tinet ad ordinem sacerdotalem. s̄ ea q̄ sunt ordinis non p̄tinet p̄mitti nisi habenti ordinem. ḡ videt q̄ laicus qui non h̄ ordinem baptizare non possit. **¶** Pre. Magis est baptizare q̄ alia sacramenta baptismi p̄fert. sicut carthizare ⁊ exorcizare. ⁊ aqua baptismalem benedicere. sed hoc nō p̄tinet fieri a laicis sed solū a sacerdotibz. ḡ videtur q̄ multo magis laici possint baptizare. **¶** Pre. Sicut baptismus est sacramentum necessitatis ita ⁊ p̄ntia sed laicus non p̄t̄ absoluerē in foro penitentiali. ḡ neqz p̄t̄ baptizare. **¶** Sed est qd̄ Gelasius papa ⁊ ysid. dicunt q̄ baptizare necessitate imminere laicis christiano plerunqz p̄cedit. **¶** Res. dō. q̄ ad misericordiam eius q̄ vult oēs homines saluos fieri p̄tinet. vt in his qui sunt de necessitate salutis hō de facili remedium inueniat inter oīa autē alia sacramenta maxime necessitatis est baptismus. quō est regeneratio hominis in vitam sp̄ialem. qz pueris autē subueniri non p̄t̄. ⁊ adulti non p̄t̄ aliter q̄ p̄ baptismum plenam remissionē p̄sequi. ⁊ q̄riti ad culpam ⁊ q̄riti ad penam. ⁊ id vt homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit institutum est vt materia baptismi sit cōis. s. aqua. que a quolibet haberi possit. ⁊ minime baptismi sit etiam quicunqz. etiam non ordinatus. ne p̄ defectum baptismi homo salutis sue dispendium patiat. **¶** Ad. i. ḡ. dō. q̄ baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem s̄m quandam puenientiam ⁊ solennitatem. nō autem hoc est de necessitate sacramenti. vnde etiam si extra articulum necessitatis laicus baptizet peccat quidez tamen sacramentum baptismi p̄fert nec est rebaptisandus ille qui sic est baptisatus. **¶** Ad. ij. dō. q̄ illa sacramentalia baptismi pertinent ad solennitatem. non autem ad necessitatem baptismi. ⁊ id fieri non debent nec possunt a laico. sed solum a sacerdote. cuius est solenniter baptizare. **¶** Ad tertium dicendum q̄ sicut supra dictum est penitentia non est tante necessitatis sicut baptismus. potest enim per contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis. q̄ non liberat a tota pena. nec etiam pueris adhibet. ⁊ id non est simile de baptismus. cuius effectus principalis aliud supplet non potest.

¶ Ad quartum sic procedit.

¶ Videtur q̄ mulier non possit baptizare. Legitur enim in carthaginensi concilio mulier q̄uis doctra ⁊ sanctia viros in conuentu docere vel alios baptizare non p̄sumat. s̄ nullo modo licet mulieri docere in conuentu. s̄m illud. i. Loz. xij. Turpe est mulieri in ecclesia loqui. ergo videtur q̄ nec etiā aliq̄ mō liceat mulieri baptizare. **¶** Pre. terea. Baptizare pertinet ad officium prelacionis. vnde a sacerdotibus habentibus curam animarum debet accipi baptismus. Sed hoc non p̄t̄ p̄petere femine s̄m illud. i. ad Timoth. ij. Mulieri non permittito nec dominari in viros sed subditam esse. ergo mulier baptizare non potest.

Preterea in spiritali regeneratione videtur. **Q**uia locum materni vteri. ut Aug. dicit super illud Jo-
hannis. ij. Nunquid homo potest in ventre matris sue
iterato introire et renasci? Ille autem qui baptisat videtur
magis habere patris officium. sed hoc non competit mu-
lieri. ergo mulier baptisare non potest. **S**ed contra est
quod Urbanus papa dicit. et habetur in decretis. xxx. q. ij.
super quibus consuluit nos tua dilectio hic videtur non
his hac sententia respondendum. ut baptisatus sit si ne-
cessitate instante femina puerus in nomine trinitatis ba-
ptisauerit. **R**esponso dicendum quod christus est qui pri-
cipaliter baptisat secundum illud Iohannis. i. Super quem vi-
dens spiritum descendentem et manentem hic. est qui ba-
ptisat. dicitur autem ad Colo. ij. quod in christo non est ma-
sculus neque femina. et ideo sicut masculus et laicus po-
test baptisare quasi minister christi ita et femina. Quia ra-
men caput mulieris est vir et caput viri christus ut dicit
i. Cor. xv. Non debet mulier baptisare si affuit copia viri.
sicut nec laicus presente clerico. nec clericus presente sa-
cerdote. qui in potest baptizare prius episcopo. eo quod prius ad of-
ficium sacerdotis. **A**d primum ergo dicendum quod si
cur mulieri non permittitur publice docere. potest tamen
private doctrina vel monitione aliquem instruere. ita non
permittitur publice et sollemniter baptisare. sed tamen po-
test baptisare in articulo necessitatis. **A**d secundum di-
cendum quod quando baptisatus sollemniter et ordinate ce-
lebratur debet aliquis sacramentum baptisati suscipere cu-
ram animarum habente. vel ab aliquo vice eius. hoc tamen
non requiritur in articulo necessitatis. in quo potest
mulier baptisare. **A**d tertium dicendum quod in genera-
tione carnali masculus et femina operantur secundum virtutem pro-
priae nature. et ideo femina non potest esse principis actu-
um generationis sed passivum tantum. Sed in genera-
tione spiritali neuter operatur virtute propria. sed instru-
mentaliter tantum per virtutem christi. et ideo eodem modo
potest et vir et mulier in casu necessitatis baptisare. Si ta-
men mulier extra casum necessitatis baptisaret non esset
re-baptisandus. sicut et de layco dicitur est. Peccaret tamen
ipsa baptisans. et alij qui ad hoc cooperarentur. vel baptis-
miz ad ea suscipiendo. vel ei baptisandum aliquem offerendo

Ad quintum sic procedit.
Videtur quod ille qui non est baptisatus non possit sacra-
mentum baptisati conferre. Nullus enim dat quod non ha-
bet. sed non baptisatus non habet sacramentum baptisati
ergo non potest ipsum conferre. **P**reterea. Sacramen-
tum baptisati confert aliquis in quantum est minister ec-
clesiae. sed ille qui non est baptisatus nullo modo pertinet
ad ecclesiam. nec re nec sacramento. ergo non potest sacra-
mentum baptisati conferre. **P**reterea. Magis est sa-
cramentum conferre quam suscipere. sed non baptisatus non po-
test alia sacramenta suscipere. ergo multo minus potest
aliquid sacramentum conferre. **S**ed contra est quod dicit
Romanus pontifex. non hominem iudicat qui baptisat
sed spiritum dei subministrare gratiam baptisati licet pa-
ganus sit qui baptisat. Sed ille qui est baptisatus non est
paganus. sed non baptisatus potest conferre baptisati sacra-
mentum. **R**espondeo. quod hanc questionem Aug. determi-
naram reliquit dicit enim in secundo contra epistolam per-
meniani. haec quidem alia questio est virum quidem ab
his qui nunquam fuerunt christiani possit baptisatus dari. nec
aliquid hic temere affirmandum est. sine auctoritate tan-

nalis quantum tantum rei sufficit. postmodum ve-
ro ecclesiam determinatum est. quod non baptisati siue sint
iudei siue pagani possunt baptismi sacramentum confer-
re. dummodo in forma ecclesiae baptisarent. unde Nico-
laus papa respondet ad consulta bulgarorum. a quodam ne-
scitis utrum christiano vel pagano multos in patria vestra
baptisatos asseritis. si in nomine trinitatis baptisati sunt
re-baptisari non debent. si autem forma ecclesiae non fuerit
observata sacramentum baptismi non confertur. Et sic in-
telligendum est quod Gregorius scribit bonifacio episcopo. quod
a paganis baptisatos asseruisti ecclesiae forma non servata
ta ut de novo baptisares in nomine trinitatis mandam. Et
huius ratio est quia sicut ex parte matris quantum ad ne-
cessitatem sacramenti sufficit quaecumque aqua ita etiam suffi-
cit ex parte ministri quicumque homo. et ideo etiam non ba-
ptisatus in articulo necessitatis baptisare potest. ut si duo
non baptisati se invicem baptisarent. dum prius unus ba-
ptisaret alium et postea baptisaretur ab eodem. et postquam
retur uterque non solum sacramentum sed etiam rem sacra-
menti. Si vero extra articulum necessitatis hoc fieret uterque
gravier peccaret. sed baptisans et baptisatus. et per hoc im-
pediretur baptismi effectus. licet non tolleretur ipsum sacra-
mentum. **A**d primum ergo dicendum quod homo bap-
tisans adhibet tantum ministerium externum. sed ipse est qui
interius baptisat. qui potest per omnibus hominibus ad quod-
cumque voluerit. et ideo non baptisati possunt baptisare. quia
ut Nicolaus papa dicit. baptismus non est illorum sed ba-
ptisantium sed eius secundum christum. **A**d secundum dicendum
quod ille qui non est baptisatus quantum non pertinet ad eccle-
siam re vel sacramento potest tamen ad eam pertinere si-
militudine actus. et intentione in quantum se intendit face-
re quod ecclesia facit et formam ecclesiae suat in baptisando.
et sic operatur ut minister christi. qui virtutem suam non
alligavit baptismis. sicut nec etiam sacramentis. **A**d
tertium dicendum quod illa sacramenta non sunt tante ne-
cessitatis sicut baptismus. et ideo magis conceditur quod non
baptisatus possit baptisare. quam quod possit alia sacramenta
suscipere.

Ad sextum sic proceditur
Videtur quod plures possint simul unum baptisare. In mul-
titudine enim continetur unum sed non convertitur. unum
de videtur quod quicquid possit facere unum possint facere mul-
ti. et non econverso sicut multi trahunt navem quam unus
trahere non potest. sed unus potest baptisare. ergo et plu-
res possunt simul unum baptisare. **P**reterea. Difficilius
est quod unum agens agat in plura quam quod plures agentes agant
simul in unum. sed unus homo potest simul baptisare plu-
res. ergo multo magis plures possunt simul unum bapti-
sare. **P**reterea. Baptismus est sacramentum maxime
necessitatis. sed in aliquo casu videtur esse necessarius quod
plures unum baptisarent. puta si aliquis parvulus esset
in articulo mortis et adessent duo quorum unus esset mu-
tus et alter esset brachius et manibus carens. tunc oportet
ret quod mutilatus verba proferret. et mutus baptismum ex-
erceret. sed videtur quod plures possint simul unum baptisare.
Sed contra est quod unus agentis esset una actio. si ergo
plures unum baptisarent videtur sequi quod essent plures
baptismi. quod est contra illud quod dicitur ad Epl. iij. Una sit
res unum baptismus. **R**espondeo. quod factum baptismi proprie
habet virtutem ex forma quam Apoc. nomenat verbum vite
ad Epl. iij. Et ideo considerari oportet si plures unum

baptisarent qua forma vterentur. si enim dicerent nos te baptisam in nomine patris et filij et spiritus sancti dicitur quidam q non pferetur sacramentuz baptisami. eo q no teruaret forma ecclesie que sic habet. ego te baptiso in nomine patris et filij et spiritus sancti. Sed hoc excluditur p formam baptisandi quo vtitur ecclesia grecoruz. possent enim dicere baptiset seruus christi enim in nomine patris et filij et spiritus sancti. sub qua forma greci baptismu suscipiunt. que tamen forma multo magis dissimilis e forme qua nos vtimur qz si diceret nos te baptisamus. Et considerandum est q ex tali forma nos te baptisamus ex primitur talis intentio. q plures conueniant ad vnuz baptismum conferendum. qd quidem videtur esse pta rationem ministerij. homo enim non baptisatur nisi vt minister christi. et vicem eius gerens. vnde licet vnus e christus ita oportet vnum esse ministrum qui christuz representet. propter qd signanter Apostolus dicit ad Ephe. iij. vnus dominus. vna fides. vnum baptismu. et ideo contra traria intentio videtur excludere baptismi rationem. Si vero vterqz diceret ego te baptiso in nomine patris et filij et spiritus sancti. vterqz exprimeret suam intentionez. qua si ipse singulariter baptismum conferet. qd posset ptinge te in eo casu in quo contentiose aliquem baptisare conatur. et tunc manifestum est q qui prius verba proferret daret baptismi sacramentum. alius vero quantum cunqz ius baptisandi haberet et si verba prenunciare presumeret esset puniendus tanqz rebaptisator. Si aut om nino simul verba proferrent aut hominem immergeret aut aspergerent essent puniendi de inordinato modo baptisandi. et non de iteratione baptismi. qz vterqz intendet non baptisatum baptisare. et vterqz qdum est in se baptisaret. nec traderent aliud et aliud sacramentum. s; christus qui est vnus interius baptisans vnum sacramentum per vtrunqz conferret. Ad. i. g. dd. q ratio illa locu habet in his que agunt p virtutem ptopriam. sed homines non baptisant vtute ptopria. sed vtute christi. qui cum sit vnus per vnum ministrum perficit op suum. Ad. ij. dd. q in casu necessitatis vnus posset simul plures baptisare sub hac forma. ego vos baptiso. puta si immineret gladius. aut ruina aut aliquid huiusmodi. qd moraz omnino non pateret si sigillatim omnes baptisarentur. nec per hoc diuersificaret forma ecclesie. qz plurale non e nisi singulare geminarum. presertim cum pluraliter dicitur Mathei vii. Baptisantes eos etc. nec e simile de baptisante et baptisato. qz christus qui principaliter baptisat est vnus. sed multi per baptismum efficiuntur vnum in christo. Ad. iij. dd. q sicut supra dictum est integritas baptismi consistit in forma verborum. et in vsu materie. et id necqz ille qui tantum verba proferret baptisat. necqz ille qui immergit. et id si vnus verba proferat et alius immergit nulla forma verboruz poterit esse pueniens. necqz enim poterit dicere ego te baptiso cum ipse no immergat et p sequeus non baptiset. necqz etiam poterit dicere nos te baptisamus. cum neuter baptiset. si enim duo sint quorum vnus vnam partem libri scribit et alius aliam non e propria locutio. nos scripsimus istum librum. sed sinodo eba in qdum totum ponitur pro patre.

Ad septimum sic procedit.

Videtur q in baptismis non requiratur aliquis qui baptisatum de sacro fonte leuat. Baptismus enim noster p baptismum christi consecrat. et ei conformatur. sed christi? va

ptisatus non est p sacro fonte leuatus siue susceptus ab aliquo. sed sicut dicitur Mathei. viij. Baptisatus christi? pferitum ascendit de aqua. g videtur q nec in aliquorum baptismis requiratur aliquis qui baptisatum de sacro fonte suscipiat. Preterea. Baptismus est spiritualis regeneratio vt supra dictum est. sed in carnali generatione si requirit nisi principium actuum. qd est pater. et principium passiuum qd est mater Cum g in baptismis locum patris obtineat ille qui baptisat locum autem matris ipsa aqua baptismi. vt Aug. dicit in quodam sermone epbi. videt q non requiratur aliquis alius qui baptisatum de sacro fonte leuet. Pre. In sacramentis ecclesie nihil deorsum fieri debet. sed hoc deorsum videt q adules et q seipos suscitare possunt et de sacro fonte exire ab alio suscipiant. g videtur q non requiratur aliquis. precipue i baptismis adulescorum. qui baptisati de sacro fonte leuet. Sed contra est q Dionys. dicit. ij. ca. eccle. hierar. q sacerdotes assumentes baptismum tradunt adductionis susceptori et duci. Rn. dd. q spiritualis regeneratio q fit p baptismum assimilatur quodammodo generationi carnali. vnde dicitur i. Petri. ij. Sicut modo geniti infantes rationales sine dolo lac cupiscite. in generatione autem carnali paruulus nuper natus indiget nutrice et pedagogo. vnde et in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis qui fungatur vice nutricis et pedagogi in formado. et instruendo eum qui est nouicius in fide. de his que pertinent ad fidem. et ad vitam christianam. ad qd prelari ecclesie vacare non possunt. circa pmonem curam populi occupari. paruuli enim et nouicij indigent speciali cura preter pmonem. et id requirit q aliquis suscipiat baptismum de fonte quasi in suam instructionem et tutelam. et hoc est q Dionys. dicit vlti. ca. cel. hierar. diuinis nostris du cib. i. apostolis ad mentem venit et visum est suscipere infantes fm istum modum. quasi parentes puerum traderent cuidam docto in diuinis pedagogo. et reliquum sub ipso puer ager. sicut sub domino patre et saluationis sancte susceptore. Ad primum ergo dicendum q christus non est baptisatus vt ipse regeneraret. sed vt alios regeneraret. et id ipse post baptismum non indiguit pedagogo tanqz paruulus. Ad. ij. dd. q in generatione carnali non requiritur ex necessitate nisi pater et mater. sed ad facilem educationem pueri ouentienter requiritur obstetrix nutritrix et pedagogus. quorum vicem implet in baptismis ille qui puer de sacro fonte leuet. vnde non est de sacramenti necessitate. sed vnus solus potest in aquam baptisare imminente necessitate. Ad. iij. dd. q baptisatus no suscipit a patre de sacro fonte ppter imbecillitatem corporalem. sed ppter imbecillitatem spiritualem vt dictu est.

Ad octauum sic procedit.

Videtur q ille qui suscipit aliquem de sacro fonte no obligetur ad eius instructionem. Quia nullus potest instruere nisi instructus. Sed etiam quidam non instructi simplices admittuntur ad aliquem de sacro fonte suscipiendum. ergo ille qui suscipit baptismum non obligatur ad eius instructionem. Preterea. Filius magis a patre instruitur qua ab aliquo extraneo. nam filius habet a patre esse et nutrimentum et disciplinam vt dicit philosophus. vij. ethicor. Si ergo ille qui suscipit baptismum tenetur eum instruere magis esset pueniens q p carnal filiu suu de baptismis suscipiat qz alius. qd in videt prohibitum. vt habetur in decr. xx. q. peruenit vt dictum est

Preterea. Plures magis possunt instruire q̄ vnus solus. Si ergo ille qui suscipit aliquos de baptismo tenetur eum instruire magis deberent plures suscipere quā vnus solus. cuius primum habetur in decreto leonis papa. non plures inquit ad suscipiendum de baptismo infātem quā vnus accedat. siue vir siue mulier. **S**ed contra est qd̄ Aug. dicit in quodam sermone paschali. vos autem omnes t̄z viros q̄ mulieres qui filios in baptisma te suscepistis moned vos. vt vos cognoscatis fidei iustos apud deum existisse pro illis quos venistis de sacro fonte suscipere. **R**esponso dicendum q̄ vnusquisq̄ obligatur ad exequendum officium qd̄ accepit. dictum ē autem q̄ ille qui suscipit aliquem de sacro fonte assumit sibi officium pedagogi. & ideo obligatur ad habendam curam de ipso si necessitas immineret sicut eo tempore et loco in quo baptisati inter infideles nutriuntur. sed vbi nutriuntur inter catholicos christianos satis possunt ab hac p̄tra excusari. presumēdo q̄ a suis parentibus diligenter instruantur. **S**i tamen quocunq̄ modo sentiretur contrarium s̄m suum modum tenentur saluti spiritualium filiorum curam impendere. **A**d primum ergo dicendū q̄ vbi immineret periculum oportet et aliquos esse doctum in diuinitis sicut Dionys. dicit qui baptisandū de sacro fonte susciperet. sed vbi hoc periculum nō imminet propter hoc q̄ pueri nutriuntur inter catholicos admittuntur quicunq̄ ad hoc officium. quia que pertinent ad christianam vitam & fidem publice omnibus nota sunt. & tamen ille qui nō est baptisatus non potest suscipere baptisatum. vt determinatum est in concilio moguntinensi. licet nō baptisatus possit baptisare. q̄ p̄sona baptisantis est de necessitate sacramenti. non autem persona suscipientis. sicut dictum ē **A**d. ij. d̄d. q̄ sicut est alia generatio spiritualis a carnali ita etiam debet esse alia disciplina s̄m illud ad Hebr. xij. Patres quidem carnis nostre habuimus et dicitores & reuerentur eos num multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus. & ideo alius debet esse pater spiritualis a patre carnali. nisi necessitas contrarium exigat. **A**d. iij. d̄d. q̄ confusio discipline esset nisi esset vnus principalis instructor. & ideo in baptismo debet esse vnus principalis susceptor. alij tamen possunt admitti q̄si adiutores. **Questio.**

Deinde considerandū

Quest de suscipientibus baptisati. Et circa hoc queruntur duodecim. **P**rimo vtrum omnes teneantur ad suscipiendum baptismum. **S**ecundo vtrum aliquis possit saluari sine baptismo. **T**ertio vtrum baptismus sit differendus. **Q**uarto vtrum peccatores sint baptisandi. **Q**uinto vtrum peccatoribus baptisatis sint imponenda opera satisfactoria. **S**exto vtrum requiratur confessio peccatorum. **S**eptimo vtrum requiratur intentio ex parte baptisati. **O**ctauo vtrum requiratur fides. **N**ono vtrum pueri sint baptisandi. **D**ecimo vtrum pueri iudeorum sint baptisandi inuitis parentibus. **U**ndecimo vtrum aliqui sint baptisandi in vteris matris existentes. **D**uodecimo vtrum furiosi & amentes sint baptisandi.

Ad primum sic procedit.

Videtur q̄ non teneantur omnes ad susceptionem baptismi. **P**er christum enim non est hominibus artata via salutis. **S**ed ante christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. ergo etiam post christi aduentum.

videtur quod peccata non sint propria materia huius sacramenti. materia enim in aliis sacramentis per aliqua verba sanctificata et sanctificata effectum sacramenti operatur. peccata autem non possunt sanctificari eo quod contrariantur effectui sacramenti qui est gratia remittens peccata. ergo peccata non sunt propria materia huius sacramenti. Pre. Augu. dicit in li. de penitentia. nullus potest inchoare novam vitam nisi eum veteris vite peniteat. sed ad vite veritatem pertinet non solum peccata sed etiam penalitates presentis vite. non ergo peccata sunt propria materia penitentie Pre. peccatorum quoddam est originale. quoddam mortale quoddam veniale. sed penitentia sacramentum non ordinatur contra originale peccatum. quod tollitur per baptismum. neque etiam contra veniale quod tollitur per satisfactionem peccatorum et aqua benedictam et alia huiusmodi. sed peccata non sunt propria materia penitentie Sed contra est quod apostolus dicit. i. Cor. xij. non egerunt penitentiam super immundicia et fornicatione et impudicia quam gesserunt. Rn. dicitur quod duplex est materia. scilicet proxima et remota. sic statim proxima materia est metallum. remota vero aqua. dicitur etiam quod proxima materia huius sacramenti sunt actus penitentis. cuius materia sunt peccata de quibus dolet. et quod confitetur et pro quibus satisficit. unde relinquitur quod remota materia penitentie sunt peccata non attendenda. sed detestanda et destruenda. Ad. i. dicitur quod ratio illa procedit de proxima materia sacramenti. Ad. ij. dicitur quod verus et mortalis vita est obiectum penitentie. non ratione penitentis ratione culpe annexae. Ad. iij. dicitur quod penitentia quodammodo est de quolibet peccatorum genere. non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali mortali est penitentia proprie et principaliter. proprie quidem quod proprie dicitur penite

re de his que nostra voluntate committimus. principaliter autem quia ad delectationem peccati mortalis hoc sacramentum est institutum. De peccatis autem venialibus est quedam penitentia proprie quantum sunt nostra voluntate facta. non tamen contra hoc principaliter est hoc sacramentum institutum. De peccato vero originali penitentia nec principaliter est. quia contra ipsum non ordinatur hoc sacramentum sed magis baptismus. nec etiam proprie quod peccatum originale non est nostra voluntate factum. nisi forte in quantum voluntas a deo reputatur nostra. In modum loquendi quo apostolus dicit ad Romanos. v. in quo omnes peccavimus. in quantum tamen accipitur penitentia large per quacuque detestatio rei preterite potest dici penitentia de peccato originali sic loquitur Augu. in libro de penitentia.

Ad tertium sic proceditur

videtur quod hec non sit forma huius sacramenti ego te absolvo. forme enim sacramentorum ex institutione christi et usus ecclesie habent. sed christus non legitur hanc formam instituisse. neque etiam in communi usu habetur. quin immo in quibusdam absolutio nibus que in ecclesia publice fiunt sicut in prima et completorio et in cena domini non videtur oratione indicativa ut dicitur ego vos absolvo. sed in oratione deprecativa ut cum dicitur miserere velis omnipotens deus vel absolutionem tribuas vobis omnipotens deus hec non est forma huius sacramenti ego te absolvo. Pre. leo papa dicit indulgentia dei nisi supplicationibus sacerdotum potest obtineri. loquitur autem de indulgentia dei que prestatur penitentibus que forma huius sacramenti debet esse per modum deprecationis. Pre. idem est absolvere a peccato quod peccata remittere. sed solus deus peccata remittit. que etiam solus iterius a peccato mundat ut Augu. dicit super Job. sed videtur quod solus deus a peccato absolvat. non ergo debet dicere sacerdos ego te absolvo. sic non dicit ego tibi peccata remitto. Pre. sic dominus dedit preteritis disciplinis absolventi a peccatis ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmos ut dicitur Mat. x. et Luc. ix. sed sanando infirmos apostoli non videbantur huiusmodi. ego te sano sed sanet te dominus iesus christus. sed videtur quod sacerdotes habentes preteritis ab apostolis a christo traditam non debeant in hac forma verborum ego te absolvo. sed absolutionem tibi prebeat christus. Pre. quidam hac forma utentes sic eam exponunt ego te absolvo. id est absolvi ostendo. sed neque etiam et sacerdos potest facere nisi ei divinitus reuelet. ubi legitur Mat. xvi. antequam petro diceret quodcumque solueris super terram. etc. dicitur etiam beatus symon bariona. quod caro et sanguis non revelavit tibi. sed pater meus. que est in celis. sed videtur quod sacerdos cui non est facta revelatio presumpuose dicat ego te absolvo. etiam si exponat. id est absolvi ostendo. Sed dicitur quod sic dominus dixit Mat. vlt. euntes docete omnes gentes baptizantes eos ita dixit petro Mat. xvi. quodcumque solueris etc. sed sacerdos auctoritate illorum verborum christi fretus dicit ego te baptizo. sed eadem auctoritate dicere debet in hoc sacramento ego te absolvo. Rn. dicitur quod in qualibet rei perfectione attribuitur forme. dicitur etiam autem super hoc sacramentum perficitur per ea que sunt ex parte sacerdotis. ubi oportet quod per ea que sunt ex parte penitentis siue sunt verba siue facta sint quedam materia huius sacramenti. ea vero que sunt ex parte sacerdotis se habent per modum forme. cum ergo sacramenta nove legis efficiantur quod figurat. ut super dictum est. oportet quod forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur proportionabiliter materie sacramenti. ubi forma sacramenti baptismi est ego te baptizo. et forma confirmationis. ego te coligno signo crucis et confirmo te crismate salutis. eo quod hec sacramenta perficiuntur in usu materie

in sacramēto aut eucharistie qd consistit in ipa cōsecratōe
 exprimit veritas cōsecrationis cum dicit hoc ē corp⁹ me
 um. Hoc aut sacramētum scz penitentie nō consistit in con
 secratōe alicuius materie sacrificatē. s; magis in remōde
 cuiusdā materie scz peccati. p̄ ut peccata dicit esse materia
 penitētie. vt ex supra dicit patz. talis aut remōd signi
 ficatur a sacerdote cum dicit ego te absoluo. nam peccata
 sunt quedā vincula s̄m illud Prouer. v. iniquitates sue
 capiūt impiū et funibus peccatorū suoz quis cōstringitur
 vnde patz qd hec ē cōueniēntissima forma hui⁹ sacramēti
 ego te absoluo. Ad. j. g. dō. qd illa forma sumit ex ipis
 verbis xpi quib⁹ petro dixit qd cūq; solueris sup terrā rē
 r tali forma vñ ecclia in sacramēntali absolutōne hōi
 aut absolutōnes in publico face nō sunt sacramēntales s; sūt
 orōnes quedā ordinate ad remissionē venialiū peccoz
 vnde in sacramēntali absolutōe nō sufficeret dicere mise
 reatur tui omnipotens deus. vel ablutōne r remissionēz
 tribuat tibi deus. quia p̄ hec verba sacerdos absolutōne
 nō signat fieri. sed perit vt fiat. Permittit it̄ in sacramē
 tali absolutōne talis oratio ne impediat effectus sacramē
 ti ex pte penitētie. cui⁹ actus materialiter se habēt i hoc
 sacramento. nō aut in baptismo vel confirmatione. Ad
 ij. dōm qd verbum leonis pape intelligēdū est quantum
 ad dēpātōnem que p̄mittitur absolutōni. non aut remō
 uet quin sacerdos absoluat. Ad. iij. dōm qd solus deus
 p̄ auctoritatē a peccato absoluit. r peccata remittit. sacer
 dotes aut vtrūq; faciūt p̄ misericordiam. in quantum scz verba
 sacerdotis in hoc sacramēto instrumentaliiter opant. sicut
 r in alijs sacramētis. nā virtus diuina ē q̄ interius opaf
 in omnib⁹ sacramēntalib⁹ signis. siue sint res. siue sint ver
 ba sicut ex sup dicit patet vnde et dominus vtrūq; ex
 pressit. nam Matt. xv. dixit petro. qd cūq; solueris sup ter
 ram rē. et Jo. xx. discipulis dicit quoz remiseritis pecca
 ra remittūt eis. Ideo nō sacerdos potius dicit ego te ab
 soluo q̄ ego tibi peccata remitto. quia hoc magis cōgruit
 verbis que dominus dicit virtutem clauū ostendens per
 quas sacerdotes absoluit. Quia nō sacerdos sicut mifer
 absoluit pueniēter apponit aliquid quod p̄teat ad p̄mā
 auctoritatē dei. vt scz dicatur ego te absoluo i nomine. p.
 r. f. r. s. vel per virtutē passionis xpi. vel auctoritatē di
 sicut Dyo. dicit. iij. cte Hier. quia tū hoc non dētermini
 natum est ex verbis sicut in baptismo talis appositō relin
 quitur arbitrio sacerdotis. Ad. iij. dōm qd apostolis
 non est data potās vt ipi sanarent infirmos. s; vt ad eoz
 cranonem infirmi sanarent. Est aut eis collata potestas
 opandi instrumentaliiter siue miferaliiter in sacramētis
 et ideo magis possunt in formis sacramēntalib⁹ exprimerē
 actum suū q̄ in sanationibus infirmitatū. In quibus tū
 non semper vtebantur mō dēpēcariuo sed quādōq; etiā
 modo indicatio r impatiuo. sicut Act. iij. legit qd petrus
 claudo dixit qd habeo tibi do. in nomine ihu xpi surge r
 ambula. Ad. v. dōm qd ista expositio ego te absoluo. i.
 absolutū ostendo quātū ad ali qd quidē vera ē nō tū p̄fe
 rta. sacramēta. n. noue legis nō solū signant sed faciūt qd
 signant. vnde sicut sacerdos baptizando aliquem ostēn
 dit hominem interius absolutum per verba et facta. non
 solum significatiue sed etiam effectiue ita etiam cum dic
 ego te absoluo ostendit hominem absolutū nō solū signi
 ficatiue sed etiam effectiue. nec tamē loquitur quasi de
 re incerta. quia sicut alia sacramenta noue legis habent
 de se certum effectū ex virtute passionis xpi licet possit i
 pediri ex parte recipientis ita etiā ē in hoc sacramēto. vñ

Aug⁹. dicit in li. de adulterinis cōiugijs. nō est turpis nec
 difficilis post parata r purgata adulteria recē aliano cō
 iugij vbi per clauē regni celoz nō dubitat fieri remis
 sio peccatorum. vnde nec sacerdos indiget speciali reue
 larione sibi facta. sed sufficit generalis reuelatio fidei. per
 quā remittunt peccata. vñ reuelatio fidei dicit petro sac
 ra fuisse. esset autē perfectio: expositio ego te absoluo id ē
 sacramentum absolutōnis tibi impendo.

Ad quartum sic pceditur

Vide qd impositio manū sacerdotis requirit ad hoc sa
 cramentū dicit enī Matt. xvi. sup egros manus impos
 nēt r bene habebūt. egrī aut sūt spiritualiter peccatores.
 qui recipiunt bonam habitudinē p̄ hoc sacramētū. ergo
 in hoc sacramēto ē manus impositio faciēda. Pre.
 in hoc sacramēto penitētie recuperat homo spiritū sanctū
 am sūz. vñ ex p̄sona penitētis dicit in p̄a. redde mihi les
 ticiam salutaris tui. r spiritu principali cōfirma me. sed
 spiritus sanctus datur per impositionē manū. legit. n.
 Act. viij. qd Apli iponebant manus sup illos r accipie
 bant spiritum sanctū. r Matt. xix. dicitur qd oblatis sunt
 domino puuli. vt eis manus imponeret. ḡ in hoc sacra
 mento ē man⁹ impositio faciēda. Pre verba sacer
 dotis in hoc sacramento non sunt maioris efficacitē q̄ in
 alijs sacramētis. nō aut sufficiūt verba ministri nisi ali
 quē actus exerceat sicut i baptismo sil cū hoc qd sacerdos
 dicit ego baptiso te requiritur corporalis ablutio. ḡ etiā
 tū hoc qd dicit sacerdos ego te absoluo oportet qd ali quez
 actū exerceat circa penitentem. imponēdo ei manus. Sed
 cōtra ē qd dñs petro dicit qd cūq; solueris sup terrā
 rē nullam mētione de man⁹ impositionē faciēs. nec etiā
 cū omnibus apli sil dixit. quoz remiseritis peccata rē. n̄
 ergo ad hoc sacramētū requirit manus impositio. Rñ.
 dōm qd manū impositio in sacramētis ecclie fit ad de
 signandum aliquē copiosū gratie effectus quo illi quib⁹
 manus iponitur qdāmmō cōtinuat per quādā similitu
 dinem in ministris i quib⁹ copia esse debet. r iō manus
 impositio fit in sacramento cōfirmationis i quo confer
 ritur plenitudo spiritus sancti. r i sacramento ordinis i quo cō
 fert quedā excellētia potestatis i diuinis miferijs. vñ
 r. q. ad Lbi. i. dicitur resuscites gratiā dei que ē in te p
 impositionem manuum meaz sacramētū aut penitētie nō
 ordinat ad consequēdū aliquā excellētia ḡe. sed ad re
 missionē peccatorū. r ideo ad hoc sacramētū nō requiritur
 impositio. sic nec ad baptismum. in quo tū fit plenior re
 missio peccatorū. Ad. i. g. dōm qd illa manus impositio
 non est sacramēntalis. sed ordinatur ad miracula fa
 ciēda vt scilicet per cōtractū manus hominis sanctifica
 ti etiā corporalis infirmitas tollat. sicut legit de dño Mar.
 vi. qd infirmos impositis manibus curauit. r Matt. viij
 legitur qd leprosum per cōtractū mundauit. Ad. ij.
 dōm qd nō quelibet acceptio spiritus sancti requirit man⁹
 impositionem. quia etiā in baptismo accipit homo spi
 ritū sanctū nec tamē fit tibi manus impositio. sed acceptio
 spiritus sancti cū plenitudine requirit manus impositionē.
 Ad. iij. dōm qd in sacramētis que p̄ficiūt i vsu
 materie minister habet aliquē corporalem actū exerce
 re circa eum qui suscepit sacramētū sicut in baptismo r in
 confirmatione r extrema unctione. sed hoc sacramētū nō
 consistit in vsu alicuius materie exterius apposite. s; loco
 materie se habent ea que sunt ex pte penitētie. vnde sicut
 in eucharistia sacerdos sola platiōe verboz sup materiā

pficit sacramentū ita etiā sola verba sacerdotis absolu-
tis sup penitentiē pficiunt absolutionis sacramentū. z si
aliquis actus corporalis esset. ex pre sacerdotis. nō minus
com peteret cruce lignatio que adhibet in eucharistia quā
manus impositio. in signum qd p sanguinē crucis xpi re-
mittuntur peccata. z nō est de sacramenti necessitate.
sicut nec de necessitate eucharistie.

Ad quintū sic proceditur

Uidet qd hoc sacramentum non sit de necessitate salutis.
quia sup illud ps. qui seminat in lacrymis dicit glo. nō
esse tristis si assit tibi bona voluntas. vñ metitur par. sed
tristitia est de ratione penitentiē fm illud. q. loz. vij. que
fm deum est tristitia. penitentiā in salutem operatur. et
go bona voluntas sine penitentiā sufficit ad salutem.

De. Prouer. x. dicitur vniuersa delicta operit charitas.
z infra. xv. per misericordiam z fidem purgantur peccata.
ergo habendo charitatem z fidem z misericordiam potest
quisqz salutem consequi etiam sine penitentiē sacramen-
to.

De. sacramenta ecclesie in initio habent ab initi-
tione christi. sed sicut legitur Job. vij. christus mulierē
adulteram absoluit absqz penitentiā. ergo videtur qd peni-
tentiā non sit de salutis necessitate. Sed contra est qd
dominus dicit Lu. vij. si penitentiā non egeritis om-
nes simul peribitis.

Ad. dicendum qd aiquid est ne-
cessarium ad salutem dupliciter. vno modo absolute. alio
modo ex suppositione. absolute quidem necessarium est
illud sine quo nullus salutem consequi potest. sicut grana
christi z sacramentum baptismi. per quod aliquis in chri-
sto renascitur. ex suppositione autem est necessarium sacra-
mentum penitentiē. quod quidem non necessarium est. oī-
bus. sed peccato subiacentibz. dicitur enī. ij. palp. viti. et
ru dñe iustoz. non posuisti penitentiā iustis abraaz ysaac
z iacob his qui tibi non peccauerūt. peccatū aut cum cōsu-
matum fuerit generat mortem vt dicitur iac. i. z ideo ne-
cessarium est ad salutem peccatoris qd peccatū remoueat
ab eo. quod quidem fieri nō pot. sine penitentiē sacramen-
to. in quo opatur virtus passionis xpi per absolutionez sa-
cerdotis simul cum ope penitentiē. qui cooperatur gratie ad
destructionem peccati. sicut dicit Aug. super iobannem.

qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. vñ p z sa-
cramentū penitentiē est necessarium ad salutem post pec-
catū. sicut medicatio corporalis. postqz hō in morbu peri-
culosum inciderit.

Ad. i. ergo vdm qd glo. illa videt eē
intelligenda de eo cui adest bona voluntas sine interpola-
tione que fit per peccatū. tales autem non habent tristitie
causam. sed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum.
non pot restitui sine tristitia. qua quis dolet de peccato pre-
tito. quod pertinet ad pñiam.

Ad. ij. vdz qd ex quo ali-
quis peccatū incurrit. charitas z fides z misericordia nō
liberāt hōem a peccato sine penitentiā. requirit enī chari-
tas qd homo doleat de offensa in amicum cōmissa. z qd hō
amico reconciliari studeat. requirit etiam ipa fides vt p
virtutem christi passionis que in sacramentis ecclesie ope-
ratur querat iustificari a peccatis. requirit etiam ipa mise-
ricordia ordinata. vt homo subueniat penitendo sue mise-
ricordiā per peccatum incurrit. fm illud Prouer. xij. mi-
seros facit populos peccatum. vnde z ecclesiastici. xxx. dicitur
miserere aie tue placens deo.

Ad. iij. dicendum qd
ad potestatem excellentie quā solus christus habuit vt lu-
pra dictum est pñuit qd christus effectum sacramenti pe-
nitentiē qui est remissio peccatorum prulit mulieri adul-

tere sine penitentiē sacramento licet non sine interiori pe-
nitentiā. quā ipse in ea per gratiam est opatus.

Ad sextum sic proceditur

Uidet qd penitentiā non sit secunda tabula post nau-
fragium quia super illud Esa. iij. peccatum suum sicut so-
doma predicauerunt glo. dicit. secūda tabula post nau-
fragium est peccata abscondere. sed penitentiā non abscon-
dit peccata sed magis ea reuelat. qd penitentiā nō est secū-
da tabula.

De. fundamentum in edificio non tenet se-
cundum locum sed primum. penitentiā autem in spūali
edificio est fundamentum fm illud ad Heb. vi. nō rurūz
iacientes fundamentum penitentiē ab operibus mortuis
vide z procedit ipm baptismum fm illud Actu. ij. peni-
tentiā agite. z baptizetur vnusqz vestrum. ergo penitentiā
non debet dici secūda tabula.

De. omnia sacra-
menta sunt quedam tabule id est remedia contra peccatū
sed penitentiā non tenet secundum locum inter sacra-
ta. sed magis quartum vt ex supra dictis patet. ergo peni-
tentiā non debet dici secūda tabula post naufragium.

Sed contra est qd hierony. dicit qd secūda tabula post
naufragium est penitentiā. Ad. dicendum qd illud qd
est per se naturaliter prius est eo quod est per accidens. si-
cut z substantia prius est accidente. sacramenta aut quedā
ordinantur ad salutem hominis. sicut baptismus qui est
spiritualis generatio. z confirmatio que est spirituale au-
gmentum. z eucharistia que est spirituale nutrimentum
penitentiā autem ordinatur ad salutem hominis quasi p
accidens. supposito quodam scilicet ex suppositione pecca-
ti. nisi enim homo peccaret actualiter penitentiā non in-
digeret. indigeret tamen baptismō z confirmatione z eu-
charistia. sicut z in vita corporali non indigeret homo me-
dicatione nisi infirmaretur. indigeret autem homo p se
ad vitam generatione z augmento z nutrimento. z ideo
penitentiā secundū locum tenet respectu status integri-
tatis. qui confertur z conseruatur per sacramenta predi-
cta. vnde me baptonice dicitur secūda tabula post nau-
fragium. nam primum remedium mare transeunibus
est vt conseruentur in navi integra scdm aut remediūz
est post nauim fractaz vt aliquis tabule adhxreat. ita etiā
primum remedium in mari huius vite est. qd homo inte-
gritatem seruet. scdm autem remedium est si per peccatū
integritatem perdidit qd per penitentiā redeat.

Ad. i. ergo vdm qd abscondere peccata contingit dupliciter.
Vno modo dum ipa peccata sunt. est autem prius pec-
care publice qd occulte. tum quia peccator publicus. vide-
tur ex contemptu maior peccare tum quia etiam peccat
cum scandalo aliorum. z ideo est quoddam remedium in
peccatis qd aliquis in occultis peccet. z fm hoc glo. dicit
qd secūda tabula post naufragium est peccata abscondere
non qd per hoc tollatur peccatum sicut per penitentiā.
sed quia hoc peccatum fit minus. Alio mō aliquis absco-
dit pctm prius factū p negligentia confessionis. z hoc cō-
trariat pñie. z sic abscondere peccata non est secūda tabula
sed magis contrariū tabule. dicitur enī Prouer. xxvij.
qui abscondit scelera sua nō diriget.

Ad. ij. vdz qd pñia
non pot dici fundamentū spūalis edificij simplr. id est in
prima edificatione. sed est fundamentū in secūda reedifica-
tione. que fit post peccati destructionem. nā primo redeū-
tibus ad deum occurrit pñia. apls tñ ibi loquit de funda-
mento spūalis doctrine. pñia aut que baptismūz precedit
non est pñie sacramentū.

Ad. iij. vdz qd tria pcedentia
non est pñie sacramentū.

sacramenta pertinent ad nam integram id est ad status integritatis respectu cuius. penitencia dicitur secunda tabula

Ad septimum sic proceditur

Uideretur quod hoc sacramentum non fuerit convenienter institutum in noua lege. ea enim que sunt de iure naturali non indigent institutione. sed penitere de malis que quis gessit. est de iure naturali. non enim aliquis potest bonum diligere quin de contrario doleat. ergo non est penitentia convenienter instituta in noua lege.

¶ Pre. quod fuit in veteri lege. non fuit instituendum. sed etiam in veteri lege fuit penitencia. unde et dominus conqueritur. hier. viij. dicens nullus est qui agat penitentiam super peccato suo. dicens quid feci. ergo penitencia non debet institui in noua lege

¶ Pre. penitencia consequenter se habet ad baptismum cum sit secunda tabula ut supra dictum est. sed penitencia videtur a domino instituta ante baptismum. nam in principio predicationis sue legitur dominus dixisse Matib. iij. penitentiam agite. appropinquabit regnum celorum ergo hoc sacramentum non fuit convenienter institutum in noua lege.

¶ Pre. sacramenta noue legis institutione habent a christo. ex cuius virtute operantur sicut sepe dictum est. sed christus non videtur instituisse hoc sacramentum. cum non sit usus eo sicut alijs sacramentis que ipse instituit. ergo hoc sacramentum non fuit convenienter institutum in noua lege.

¶ Sed contra est quod dominus dicit Lu. vlti. oportebat christum pati et resurgere a mortuis die tertia. et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. **¶** Rñ. dicitur quod sicut dictum est in hoc sacramento actus penitentie se habet ut materia. id autem quod est ex parte sacerdotis qui operatur ut minister christi se habet ut formale et completiuum sacramenti. materia vero etiam in alijs sacramentis preexistit a natura ut aqua vel ab aliqua arte ut panis. sed quod talis materia ad sacramentum sumatur indiget institutione hoc determinate. sed forma sacramenti et virtus ipsius. naturaliter est ex institutione christi. ex cuius passione procedit virtus sacramentorum. sic ergo materia preexistit a natura. ex naturali enim positione homo mouetur ad penitentiam de malis que fecit. sed quod hoc vel illo modo penitentiam agat est ex institutione diuina. unde et dominus in principio predicationis sue indicit hominibus ut non solum peniterent sed etiam penitentiam agerent significanter determinatos modos actuum. qui requiruntur ad hoc sacramentum. sed id quod pertinet ad officium ministrorum determinauit Matib. xvi. vbi dicit petro. tibi dabo claves regni celorum. Efficaciam autem huius sacramenti et originem virtutis eius manifestauit post resurrectionem Lu. vlti. vbi dicit quod oportebat predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes premissio de passione et resurrectione. virtute enim nominis iesu christi patiens et resurgens. hoc sacramentum efficaciam habet ad remissionem peccatorum. Et sic patet convenienter hoc sacramentum in noua lege fuisse institutum

¶ Ad. i. ergo dominus quod de iure naturali est quod aliquis peniteat de malis que fecit. quantum ad hoc quod doleat se fecisse et doloris remedium querat per aliquem modum. et etiam aliqua signa doloris ostendat. sicut minuit fecerunt ut legitur ione. iij. in quibus tamen aliquid fuit adiunctum nature que ceperant ex predicatione ione. ut scilicet hoc agerent sub specie venie consequente a deo. secundum quod legitur ibi quod sicut si conuertatur et ignorat deus. et reuertatur a furore

ire sue et non peribimus. sed sicut alia que non sunt de iure naturali. determinationem acciperit ex legis diuine institutione ut in secunda parte dictum est ita etiam penitencia. **¶** Ad. ij. dicendum quod ea que sunt iuris naturalis diuersimode determinationem accipiunt in veteri et noua lege. secundum quod congruit imperfectioni veteris legis et perfectioni noue legis. unde et penitencia in veteri lege aliam determinationem habuit quantum ad dolorem vel eum magis in corde quam in exterioribus signis. sicut illud iob. l. iij. sandite corda vestra et non vestimenta vestra. quantum autem ad remedium doloris querendum. ut aliquo modo ministris dei peccata sua confiterentur. ad minus in generali. unde dominus leuis. v. dicit anima que peccauerit per ignorantiam offeret animum immaculatum de gregibus. sacerdoti iuxta mensuram estimationem peccati. qui orabit pro eo quod nesciens fecerit. et dimittetur ei. in hoc enim ipso quod oblationem faciebat aliquis pro peccato suo quodammodo peccatum suum sacerdoti confitebatur. et sicut hoc dicitur Prover. xvij. qui abscondit scelera sua non dirigitur. qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. nondum autem erat instituta potestas clauium que a passione christi diuatur per consequens nondum erat institutum quod aliquis doleat de peccato cum proposito subijendi se per confessionem et satisfactionem clauibus ecclesie. sub specie venie consequente. virtute passionis christi.

¶ Ad. iij. dicitur quod si quis recte consideret ea que dominus dixit de baptismo necessitate. Joban. iij. tempore precesserunt ea que dixit Matib. iij. de penitentie necessitate. nam illud quod dixit nicodemus de baptismo. fuit ante incarcerationem iob. de quo postea subditur quod baptisabar. illud vero quod de penitencia dixit Matib. iij. fuit post incarcerationem Job. Si enim prius ad penitentiam duxisset quam ad baptismum hoc ideo esset quia ante baptismum etiam requiritur quedam penitencia. sicut et petrus dixit actum. iij. penitentiam agite et baptizetur vnusquisque vestrum.

¶ Ad. iij. dicitur quod christus non est baptisatus nisi in iordanis. sed est baptisatus in iordanis. ut supra dictum est. sed nec actu vel in suo ministerio. quia ipse non baptisabat communiter sed discipuli eius ut dicitur ioban. iij. quibus credendum videtur quod discipulos baptisauerit. ut Augustinus dicit ad celestianum. Cuius autem huius sacramenti ab eo instituti. non modo ei competebar. neque quantum ad hoc quod ipse peniteret. in quo peccatum non fuit. neque quantum ad hoc quod hoc sacramentum alijs preberet. quia ad ostendendum misericordiam et virtutem suam. effectum huius sacramenti sicut et sacramento prebebar. ut supra dictum est. Sacramentum autem eucharistie et ipse sumpsit et alijs dedit. cum ad commendandam excellentiam huius sacramenti. cum quia hoc sacramentum est memoriale sue passionis. in quantum christus est sacerdos et hostia.

Ad octauum sic proceditur

Uideretur quod penitencia non debeat durare usque ad finem vite. penitencia enim ordinatur ad deletionem peccati. sed penitens statim consequitur remissionem peccatorum sicut illud ezech. xviij. si penitentiam egerit impius ab omnibus peccatis suis que operatus est vita viuet. et non morietur. ergo non oportet alterius penitentiam pretendi.

¶ Pre. agere penitentiam pertinet ad statum incipientium. sed homo de hoc statu debet procedere ad statum proficientium. et ultenus ad statum perfectum. ergo non

debet homo penitentiam agere usque ad finem vite. **P**re. sicut in alijs sacramentis homo debet conservare statuta ecclesie ita et in hoc sacramento. sed fin canones determinata sunt tempora penitendi. ut scilicet ille qui hoc peccatum vel illud commiserit. tot annis peniteat. ergo videtur quod non sit penitentia extendenda usque ad finem vite. **C**ontra est quod Aug. dicit in libro de penitentia quid restat nobis nisi dolere in vita ubi enim dolor finitur deficit penitentia. si ergo penitentia finitur quid reliquitur de vita? **R**es. dicendum quod duplex est penitentia scilicet interior et exterior. Interior quidem penitentia est qua quis dolet de peccato commisso. et talis penitentia debet durare usque ad finem vite. semper enim debet homini displicere quod peccavit. si enim ei placeret peccasse iam ex hoc ipso peccatum incurreret. et fructus venie perderet. displicentia autem dolorem causat in eo qui est susceptivus doloris. qualis est homo in hac vita. post hanc autem vitam sancti non sunt susceptivi doloris unde displicebunt eis peccata preterita sine omni tristitia. sicut illud **Eccl. ix. obliuioni tradite sunt angustie prioris. Penitentia vero exterior est qua quis exteriora signa doloris ostendit et verboreus confitetur peccata sua sacerdoti absolventi. ut iuxta eius arbitrium satisfaciatur. et talis penitentia non oportet quod duret usque ad finem vite. sed usque ad determinatum tempus sicut mensuram peccati. **A**d. i. ergo dicendum quod vera penitentia non solum remouet peccata preterita. sed etiam preseruat eum a futuris. Quis ergo homo in primo instanti vere penitentie remissionem consequatur preteritorum peccatorum. oportet tamen in homine perseverare penitentia ne iterum incidat in peccatum. **A**d. ii. dicendum quod agere penitentiam interiore simul et exteriori. pertinet ad statum incipientium. scilicet qui redeunt de nouo a peccato. sed penitentia interior habet locum etiam in profectibus et perfectis. sicut illud ps. ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum. unde et ipse paulus dicebat **i. Cor. x. non sum dignus vocari apostolus. quoniam persecutus sum ecclesiam dei. **A**d. iii. dicendum quod illa tempora presignantur penitentibus quantum ad actionem exterioris penitentie.****

Ad nonum sic proceditur

Videtur quod penitentia non possit esse continua. dicit enim hier. xxxi. quiescat vox tua a ploratu et oculi tui a lachrymis. sed hoc esse non potest si penitentia continuaretur. quod consistit in ploratu et lachrymis. ergo penitentia non potest continuari. **P**re. de quolibet bono opere debet homo gaudere sicut illud ps. seruite domino in le. sed agere penitentiam est bonum opus. ergo de hoc ipso debet homo gaudere. sed non potest homo simul tristari et gaudere. ut patet per philosophum. **i. et. ii. ergo non potest esse quod penitens simul tristetur de peccatis preteritis. quod pertinet ad rationem penitentie. **P**re. i. **Cor. ii. apostolus dicit consolamini scilicet penitentem. ne forte habundantiori tristitia absorbeat. sed consolatio depellit tristitiam que pertinet ad rationem penitentie. ergo penitentia non debet esse continua. **C**ontra est quod Aug. dicit in libro de penitentia. dolor in penitentia continue custodiatur. **R**es. dicendum quod penitere dicitur dupliciter scilicet sicut actum et sicut habitum. Actum quidem impossibile est quod homo continue peniteat. quia necesse est quod actus penitentie siue interior siue exterior interpoletur ad minus sompno. et alijs que ad necessitatem corporis pertinet. **A**lio modo****

videtur penitere sicut habitum. et sic oportet quod homo continue peniteat. et quantum ad hoc quod homo nunquam aliquid contrarium faciat penitentie. per quod habitualis dispositio penitentie tollatur. et quantum ad hoc quod debet in seposito gerere quod semper sibi peccata preterita displiceant. **A**d. i. ergo dicendum quod ploratus et lachryme ad actum exterioris penitentie pertinent qui non solum non debet esse continuus. sed nec oportet quod duret usque ad finem vite ut dictum est. unde et signanter ibi subditur quod est merces operi tuo. est autem merces operis penitentie. plena peccati remissio. et quantum ad culpam et quantum ad penam. post cuius consecutionem non est necesse quod homo ulterius exteriori penitentiam agat. per hoc tamen non excluditur continuus penitentie qualis dicta est. **A**d. ii. dicendum quod de dolore et gaudio dupliciter loqui possumus. Uno modo sicut sunt passiones appetitus sensitivi. et sic nullo modo possunt esse simul. eo quod sunt omnino contrarie. vel ex parte subiecti pura cum sunt de eodem. vel saltem ex parte motus cordis. nam gaudium est cum dilatione cordis tristitia vero cum contractione. et hoc modo loquitur philosophus. **ix. et. ii. **A**lio modo loqui possumus de gaudio et tristitia sicut consistunt in simplici actu voluntatis. cui aliquid placet vel displicet. et sicut hoc non possunt habere contrarietatem nisi ex parte subiecti. pura cum sunt de eodem et secundum idem. et sic non possunt simul esse gaudium et tristitia. quia non potest simul idem secundum idem placere et displicere. **S**i vero gaudium et tristitia sic accipiantur non sint de eodem et secundum idem. sed vel de diuersis vel de eodem secundum diuersa. sic non est contrarietas gaudij et tristitiae. unde nihil prohibet hominem simul gaudere et tristari. puta si videamus iustum affligi simul placet nobis eius iustitia. et displicet afflictio. et hoc modo potest alicui displicere quod peccavit et placere quod ei displicet. cum spe venie. ita quod ipsa tristitia sit materia gaudij. unde et Aug. dicit in libro de penitentia. semper doleat penitens et de dolore gaudeat. **S**i tamen tristitia nullo modo compareretur sibi gaudium per hoc non tolleretur habitualis continuus penitentie sed actualis. **A**d. iii. dicitur quod sicut philosophus in. **ii. et. ii. ad virtutem pertinet tenere medium in passionibus tristitia autem que in appetitu sensitivo penitentie consequitur ex displicentia voluntatis passio quedam est. unde moderanda est sicut virtutem. et eius superfluitas est vitiosa. quia inducit desperationem. quod significat apostolus. **ibi. dem dicens. ne maioris tristitia absorbeat qui homo est. et sic consolatio de qua apostolus ibi loquitur est moderata tristitie non autem tota ablata.******

Ad decimum sic procedit

Videtur quod sacramentum penitentie non debeat iterari. dicit enim apostolus ad **Heb. vi. impossibile est eos qui semel illuminati sunt. et gustauerunt donum celeste et participes facti sunt spiritus sancti et prolapsi sunt rursus renouari ad penitentiam sed quicumque peccauerunt sunt illuminati. et acceperunt donum spiritus sancti. ergo quicumque peccat post penitentiam non potest iterato penitere. **P**re. **A**mbro. dicit in libro de penitentia reperitur qui sepe agendam penitentiam putant quod luxuriantur in christo. nam si vere penitentiam agerent iteranda postea non putarent. quod sicut unum est baptisma. ita una penitentia. sed baptismus non iteratur. ergo nec penitentia. **P**re. miracula quibus dominus infirmitates corporales sanauit. significat sanationes spiritualium infirmitatum. quibus scilicet homines liberantur a peccatis**

sed non legitur quod dominus secum aliquem bis illuminauerit. vel aliquem leprosum bis mundauerit. aut aliquem mortuum bis suscitauerit. ergo videtur quod nec alii cui peccatori bis per penitentiam venia largiatur. **¶ Pre.** Grego. dicit in ometia. xl. penitentia est ante acta peccata desistere et stenda iterum non committere. et **¶ Bido.** dicit in libro de summo bono. iterum est et non penitens qui adhuc agit quod penitet. si ergo aliquis vere peniteat iterum non peccabit. ergo non potest esse quod penitentia iteretur. **¶ Pre.** sicut baptismus habet efficaciam ex passione christi ita et penitentia. sed baptismus non iteratur propter unitatem passionis et mortis christi. ergo pari ratione et penitentia non iteratur. **¶ Pre.** Grego. dicit facilitas venie in certum prebet delinquendi. si ergo deus frequenter veniam prebet per penitentiam videtur quod ipse incentiuum prebeat hominibus delinquendi. et sic videtur delectari in peccatis. quod eius bonitati non congruit. non ergo potest penitentia iterari. **¶ Sed** contra est quod homo induitur ad misericordiam exemplo diuine misericordie. **¶ In** illud **¶ I. u. vi.** estote misericordes sicut et pater vester misericors est. sed dominus hanc misericordiam discipulis imponit ut sepius remittent fratribus contra se peccantibus. unde sicut dicitur **¶ Mat. xviij.** petro querenti. quotiens peccauerit in me iterum meus dimittam ei. **¶ V. l. q. septies.** non dico tibi septies. sed usque septuagesies septies. ergo etiam deus sepius per penitentiam veniam prebet peccantibus. presertim cum doceat nos petere. dimitte nobis debita non nostra. sicut **¶ Eccl. i.** dicendum quod circa penitentiam errauerunt quidam dicentes non posse hominem per penitentiam secundo veniam peccatorum consequi. hoc in tantum extenderunt quod dixerunt post primam penitentiam que agit in baptismo peccantes non posse per penitentiam iterato restitui. **¶ Alij** vero fuerunt heretici. ut **¶ Aug.** dicit in libro de penitentia qui post baptismum dicebant quidem esse valem penitentiam non tamen pluries sed semel tantum. **¶ Videntur** autem huiusmodi errores ex duobus processisse. **¶ Primo** quidem ex eo quod errabant circa rationem vere penitentie. cum enim ad veram penitentiam charitatis requiratur. sine qua non desinit peccata credebant quod charitas semel habita non possit amitti. et per consequens quod penitentia si sit vera nunquam per peccatum solatur ut sit necesse eam iterari. sed hoc improbatum est in secunda parte ubi ostensum est quod charitas semel habita propter libertatem arbitrij potest amitti. et per consequens peccatum et per consequens post veram penitentiam potest aliquis peccare mortaliter. **¶ Secundo** ex eo quod errabant circa estimationem grauitatis peccati. putabant enim adeo graue esse peccatum quod aliquis committit post veniam impetratam quod non sit possibile ipsum remitti. in quo quidem errabant et ex parte peccati quod post remissionem consecutam potest esse et grauius et leuius. etiam quod fuerit ipsum primum peccatum remissum. et multo magis circa infinitatem diuine misericordie que est super omnem numerum et magnitudinem peccatorum. **¶ In** illud **¶ ps.** miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. unde reprobatum verbum cayn dicentis. **¶ Gen. iij.** maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. et ideo misericordia dei peccantibus per penitentiam veniam prebet absque ulla termino. unde dicit **¶ iij. paralip. vlt.** imensa deo et inuefigabilis misericordia promissionis tue super malicias hominum. unde manifestum est quod penitentia est pluries iterabilis. **¶ Ad. i.** ergo dicendum quod quia apud iudeos

erant secundum legem quedam lauacra instituta quibus pluries se ab immundicia purgabant. credebant aliqui iudeorum penam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset. ad quod excludendum apostolus scribit iudeis quod impossibile est eas qui semel sunt illuminati scilicet per baptismum. rursus renouari ad penitentiam scilicet per baptismum. qui est lauacrum spiritualis regenerationis et renouationis spiritus sancti. ut dicitur ad **¶ tytu. iij.** et rationes assignat ex hoc quod per baptismum homo christo moritur. unde sequitur rursus crucifigentes in semetipsis filium dei. **¶ Ad. ij.** dicendum quod **¶ Ambro.** loquitur de penitentia sollempni. que in ecclesia non iteratur. ut infra dicitur. **¶ Ad. iij.** dicendum quod sicut dicit **¶ Aug.** in libro de penitentia multos cecos in diuerso tempore dominus illuminauit. et multos debiles confortauit. ostendens in diuersis illis. eadem sepe peccata dimitti. ut quem prius sanauit leprosum. alio tempore illuminauit cecum. ideo enim tot sanauit cecos claudos et aridos. ne desperet sepe peccator. ideo non scribitur aliquem nisi semel sanasse ut quibus quod timeat se iungi peccato. **¶ In** edicum se vocat et non sanus sed male habentibus operatum. sed qualis hic medicus qui malum iteratum nescit curare. medicorum enim effecencies infirmum curare. qui ceteris minor esset si alij possibilia ignoraret. **¶ Ad. iij.** dicendum quod penitere est ante acta peccata desistere. et stenda non committere simul dum steter. vel actu vel proposito. ille est enim iterum et non penitens. qui simul dum penitet agit quod penitet. proponit enim iterum se facturum quod gessit. vel etiam actualiter peccat eodem vel alio peccato. quod autem aliquis postea peccat vel actu vel proposito non excludit quin prima penitentia vera fuit. nunquam enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium subsequenter sic enim vere curat qui postea sedet. ita vere penituit qui postea peccat. **¶ Ad. v.** dicendum quod baptismus habet virtutem ex passione christi sicut quedam spiritualis regeneratio cum spirituali morte precedentis vite statutus. est autem omnibus hominibus semel mori et semel nasci. et ideo semel tantum debet homo baptizari. **¶ Sed** penitentia habet virtutem ex passione christi sicut spiritualis medicatio. que frequenter iterari potest. **¶ Ad. vi.** dicendum quod sicut **¶ Aug.** in libro de penitentia dicit constat deo in multum displicere peccata. qui semper presio est ea de desistere ne soluantur quod creauit ne corrumpatur quod amauit scilicet per desperationem. **¶ Questio. LXXXV.**

Deinde considerandum est de penitentia secundum quod est virtus. Et circa hoc queruntur sex. **¶ Primo** utrum penitentia sit virtus. **¶ Secundo** utrum sit virtus specialis. **¶ Tertio** sub qua specie virtutis contineatur. **¶ Quarto** de subiecto eius. **¶ Quinto** de causa ipsius. **¶ Sexto** de ordine eius ad alias virtutes.

Ad primum sic proceditur videtur quod penitentia non sit virtus. penitentia enim est quodam sacramentum alijus sacramentis connumeratum ut ex supra dictis patet. sed nullum aliud sacramentorum est virtus. ergo nec penitentia est virtus. **¶ Pre.** secundum philosophum in **¶ ethi. x.** recundia non est virtus. tum quia est passio habens corporalem immutationem. tum etiam quia non est dispositio perfecti. cum sit de turpi actu. quod non habet locum in homine virtuoso. sed similitur est quedam passio

